BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITÆ THEOLO.

GI ADOLESCENTIA SEV BV-colica, breuibus Iodaci Badij Commentarijs illustrata.

His accesserunt Ioannis Murmelij in singulas Eclogas argumenta cum annotatiunculis eiusdem in loca aliquot obscuriora.

Accessit & Index non illa vetus, & indigestus, sed nouus omnino, ac locupletior multò, opera Barthol. Laurentu.

LONDINI.

Ex Officina Typographica,
Thomæ Marsh.

1582.

CVM PRIVILEGIO

INDEX VOCABVLO-
rum ac rerum de quibus per Hecbadiana in Baptist. Mantuani Eclogis commentaria mentio fit copiosior solito, & fidelius iuxta seriem Alphabeti digestus.

Abditus 20
Abdua 115.117
Abel. 84
Abraham Ibid
Ac 9
Accipiter 75.
Acernus 21
Achilles 49
Aries. 44
Acta 66
Actaeon 21
Ad. 118
Adam 53.84
Adigere 75
Aditus 89
Admeti oues quas aliquando parmenit. 118
Adorare 71
Adria 104.116
Adriani inepta sententia 44
Adulator. 67
Adulta seges 5
Adulter 67
Aedes 13
Aegerei 79
Aegon 94
Aegyptus 48
Aegypti numina 113
Aenea Siluij assertio 12
Aenobarbus 62
Aeolus 98
Aer, 28
Aerarium 60
Aes 75
Aesopi patina 61
Aesopi astutia 79
Aestimo 28
Agnati 13
Agrestium vna. 6
Agretij, alias per e scribitur sentimentū 59
Ahenus 23.
Ahena 11
Alauda 83
Albion. 79
Alcides 49
Alchimia vel alkimia 75
Alea 88
Alexis 39
Alga 117
Aliger 105
Alius 51
Alma 18
Alter 51
Altum 90
Aluens 128
Amaron 9
Ambages 8. 23
Ambigo 8
Ambire duos 84
Amens 12
Amicus 37
Amita 127
Amor 4
Amphion 45

Amphi-

INDEX.

Amphitrionides 49
AMVNOMAI 16
Amynticus 16
Aras 96
ANEMOS. 33
Angina 10
Annosus 98
Anser. 96
Antaus 49
Ante 30
Antenna 94
Antiquum 4
Antonij Campani excellentia 44
Aones 60
Apella 28
Appendix 18
Apollo 85
Araris 45
Area 93
Argus 117
Arisleus 50
ARKVS. 27
Arma 63
Armus 105
Arnicola 105
Artocopi 76
ARTOPOIOS 76
ARTOS 94
Artocrea 94
Arx 19
Asilus 101
Asphaltus 121
Assentator 67
Assyria 118
Astrea 103
Atius 75 . At 66
Athesis 115
Athos 96
Atrides 49
Atticus 45
Auarus 77
Aucupium 78
Auectus 115
Auersor 26
Auerto ibidem
Auertor ibidem
Augustus 64
Aureolus 23
Auster 8
B Babylonia 11
Baccatus 110
Bacchus 107
Bacillum 60
Balare 114
Baldus 27
Balearet 79
Barbarum 89
Bardi, & Bardo 82
Bardocucullus ibid.
Bardocucul. ibidem
Batrachos 120
Belides 48
Belus ibid.
Benacus 20
Biblu 45
Bifidus 54
Bilu 84
Bilustris 44
Bruum Pythagori-cum 88
Boare 114
Bombyces 61
Bombycinus ibid.
Boreas 124
Brucus 101
Bruma 38. 101
Bryssen 49
Bufo 129
Buxum 34
Buxus 20
C Acabus 114
Cacumen 90
Cacus 52
Caducens 59
Cadus 101
Cacias 34
Cain 84
Calais 34
Calamitas 9
Calcis

INDEX.

Calces 20
Caldaria, 114
Caligo. 80
Callus
Callices. 6
Calypso 38
Camaldula 95
Campo. 101
Campestris 82
Candidus 45
Canicula 46
Canis Ibidem.
Canis & Cati na-
tura 10
Cantharus 92
Capella 99
Caprea 85
Capreolus 110
Carbo 26
Cardiacus 108
Cardinalis
Cardo 29
Carex 107
Carmelus 96
Carmelita 120
Carpere 74
Carthusis 96
Casa 27
Cassis. 43
Cassiopeia 98
Castor. 50
Castrare 95
Catella 73
Catones 25
Catuli 75
Catulli inepta sen
tentia. 65
Catus 10
Caula 85.
Causari 14
Centauri 104
Ceraunia 45
Cercopitheeus 75
Ceres 98
Chaones. 104
Charybdis 35
Chryseis. 49
Cicendula 14
Cicones 48
Cicula 67
Ciere 40
Cimex 93
Cinaras 48
Circe 38
Circus 63
Cithara 59
Clarum 64
Clauiculus 21
Clauus 65
Clitumnus 126
Cloaca 95
Coarctare 79
Codrus 63
Canacula 54
Cogere 44
Coinquinare 80
Coitus 19
Colluere 105
Compilo 79
Compita 15
Componere 120
Conor 37
Concinnus 56
Concitare 9
Condere 58
Confidere 115
Consulere 71
Consulti 29
Conuitia 74
Cordum 71
Cornicis omen 109
Corui omen ibidē
Coryli 102
Cos 102
Cosmas medices 30
Cosmus 60
Crassi cuiusdam nō
crassum dictū 63
Creta 79
Crinale 48
Crocodilus 51
Crudus
Crumena 60
Cucullus 82
Cuium 130

INDEX.

Culmen. 53
Cura 5
Curare 37
Cymbia 50.77
Cyprus 95

Damen. 9
Dan 117
Danaus 48
David 53
Deos utriusque sexus filios esse. 71
Deducere 93
Deglabrare. 53
Deianira 49
Delphin 102
Demens: 71
Demolliri 27
Demum 19
Dentale 14
Depluere 80
Deucalion 81
Diana 9
Dibapha 61
Dies genialis 14
Discrimina 28
Dissimulare 43
Divus 27
Dolia duo in forbus Iouis 18
Domina 18
Domitij cuiusdam 68
Superbia 62
DORKAS 128
Dryades 34
Dryas. 34,98
Drys 34
Dumeta

Basos 70
Effeminatus 51
EIN EIN. 21
Elysij Campi 33
Enucleare 6
Epicœdion 34
Epicuri sententia 28
Epitaphion 28
Ebrus 89
EREBEN-NOS. ibidem
Eremus 130
Eridanus 17.45
Erynnis 38
Eriphile 48
Et 9
Eventus, & eventa 51
Eurotas 120
Erus 124
Eurydice 30
Examen 101
Excandescentia 79
Exsubare 33

Exertus 152
Exhaustus 38
Exilis 109
Exossare 6
Extare 124
Extemplo 91
Extimo 28

Abella exorta nobilitatu 69
Fabula institutarum mercedis 69
Facio 84
Facul. 46
Facula 77
Fax 130
ageneus 114
Fegus 95
Falco 107
Farrago 60
Fartores 73
Fasces 73
Fascinare 9
Fasti 102
Fastidia 54
Fata 60
Fatalis 49
Fatum 21
Faustus 4
Fax 59
Feralis 43
Ferre 12
Fides 68

INDEX.

Fines 79
Fiscella 6
Fiscina ibidem
Fistulicen 82
Flaccus 40
Fluentini 105
Fluuius 99
Fœniseca 73
Fœnus 75
Fœta 101
Fœtare 18
Foetura 99
Formago 114
Formica 58
Formicarum fabula ibidem
Fortuna 71
Fortunatus 4
Fossa frons 42
Frigidior ibidem
Fuci 101
Fulica 151.
Fuligo 65.75
Fulminare 57.43
Funda 6
GAlathea 43
Galbula 98
Galla 8
Galerus 112
Ganea 65
Garganus 96
Gelida 4
Gemelli 99
Gener 14
Genius 77
Genethliaci 58
Geryon 52
Gestire 110
Goliath 52
Gorgones ibidem
Grando 28
Gratis 58
Gregorij Tifernatis excellentia 45
GREGORIO ibidem
Gurges 129
Gynaceum 104
HAmadriades 90
Harculus 27
Harpya 54
Hebrus 39
Hecuba somnium 84
Hedera 38
Helena 48
Helias 90
Helisæus ibidem
Hercules 45
Hernica 46
Heroicum carmē cus debetur 58
Hic 89
Hilarare 18
Hippodamia 49
Hippolytus ibidē.
Hippos 49
Hircus sine cornibus 73
Hispidus 94
Histrio 53
Humor 19
Hyena 52
Hydra 35
Hyems 69
Hymen 7
Hymenæus ibidem
Hypermestra 48
IAcchus 15
Iactura 102
Iberi 58
Ibis 96
Ida duplex 84
Ierichus 122
Ignis 5
Ilaros 18
Iliaca 84
Illac 29
Illatabilis 18
Illepidi 68
Immaturus 38
Impendere 27
Imperiosus 46

Implu-

INDEX

Implumis 53
Improbus 47
Improuidus 68
Incaleſcere 27
Inceſtare 54
Inconſultus 29
Indefeſſus 89
Indiga 58
Indocilis 68
Indoctus ibidem
Inepti ibidem
Iners 6
Infeſtus 18
Influxus 113
Ingemere 5
Inſomnia 39
Inſomnis ibidem
Inſtar 12
Inſtauro 117
Iuſtitia 23
Inſulſi 61
Interualluum 105
Ior 123
Iordines ibidem
Irretire 75
Iſte 8
Iudea 108
Iunonis auis 53
Iurgia 29
Iuriſconſultus 29
Iuuentus 74

K Ardia 101
Kercos 20
Kopos ibidem
Koſmos 61
Koſmos ibidem
Kyras 94

L Acertus 19
Lacteus 102
Latamen 71
Lati 41. Latus 115
Lamia 101
Lamia 101
Lampyrides 14
Lanitium, vel lanitium 56
Lanij 73
Lappa 101
Larius 14.77
Larua 101
Latus clauus 10
Lauerna 96
Lauinia 49
Laureta 96
Laxatus 65 79
Lego 78
Lena 47
Leno 66
Lepor 46
Leucoſia 20
Lenitas 43
Lenus 12
Libra 24
Librum ibidem
Libethrides 45
Libethrus 98
Liber 90
Libs 65
Ligo 73
Limbus 23
Linguoſus 128
Liquitur 17
Litus 101
Liuens 25
Liuor 26
Lixa 73
Lolium 80
Loth 53
Lucullus 59
Ludere 18
Lumina 44
Luna 116
Lupa 64
Lupanar 64
Lupus vbi nullus
Luſcus 7
Luſtra 93
Lux 16
Lyaus 15.72
Lycaon 80
Lycoris 50
Lycos 80

Lygia

INDEX

Lygia 20
Lympha 129
Lymphaticus 12
Lympidus 124
Lynter 18
Luo 49
MAera 116.117
Macri ibidem
Maga 47
Magalia 131
Magi 85
Magis 139
Magus 47
Maius 101
Malis auibus 68
Malus punica 102
Manica 9
Mantes 94
Manto 124
Mantuus 73
Manubria 65
Manus 75
Mapalia 29
Maria cui visa 88
Marisca 101. Marius 25
Martialis sentimentum. 65
Martius 61
Masculus 66
Matertera 115
Matrona Hercu: li visa 80
Medea 48
Medieorum licentia 77
Meditare. 44
Medusa 52
Melampodion 94
Melampus ibidem
MELON ibidem
Melotas 70
Mercari 96
Mergus ibidem
Messu ibidem
Meuania 116
Midas 66
Miles 28
Milium 101
Milui 96
Mimus 90
Mincius alij Mintius scribunt 18
Minotaurus 49
MNEIA 45
Modus 46
Mœror 29
Molorchus 103
Monosyllabarum priuilegium 45
Mos varia 27
Moyses 85
Mox 18
Mugire 114
Mulcta 15
Mulctrale 56
Mulctra ibidem
Mulctralia 56
Multoties 13
Mundus 25
Murex 74
Myrmix 120
Myrrha 48
NAaman 122
Naiades 55
Napea 34
Narcissus 19
Nates 54
Nauci 93
Neæra 70
Nemea 103
Nemus Ægeria 79
Neoptolemus 79
Nepa 129
Nereides 34
Neronis sumptuositas 60
Nerui 120
Neruosus
Neu 58
Neue 58

Nico-

INDEX.

Nicolaite 25
Nihil 38
Nitedula 11
Noctua ubi ubi plurima, vel nulla 79
Nodus Herculi 59
Nomina quis dittus 85
Noster 17
Nuga 64
Nugari 42
Num 25
Numantia 52
Numerus 85
Numinaruris 93
Nursa 162
Nurus 105
Nympha 99
Obba 28.103
Obductus 42
Obmissus, & Omissus 15
Otiosus 120
Odare 46
Oenomaus 49
Oenone 85
Oenophilus 25.
Oenophorum. 13
Oestrum 101
Ogdoas 103
OINOS 11
Olympica 68
Olympus 55
Omasum 74
Omen 15
Onocratalus 96
ONOU ibidem
Opere 101
Operior 84
Ophiusa 79
Opulescere 114
Ora 75
Orare 71 Orcus 36
Ordo potuum
Oreades 34 98.
OREGOMAI 6
Orexis ibidem
Orgia 19
Orithya 54
OROS 98
Orpheus 34. 117
Ossa 33.45
Ostentum 21
Ovidij opinio 42
PAdus 45,117
Palestra 6
Palmes 96
Palustris 97
Pampineus 42
Pan 99
Pannosus 25
Papyrus 93
Par 110
Paradisus
Paranymphus 105
Parascene 24
Parcere 61
Paru 84
Parnassus, aut Parnassus 38
Parthenope 28
Participia an comparentur. 73
Parturire 40
Pasiphae 49
Pastillus 94
Pastinum 73
Pastor 116
Pastus 7
Patina Æsopi 61
Patulus 15
Pauliper 66
Pauperies 10
Peculia 102
Pecunia 64
Pedegressim 80
Pedes 59
Pedica 9
Pedum 107.113
Pegasus 98
Penates 73
Pensum 110

INDEX

Pemula 56
Peragere 75
Perna 8
Perniciter 19
Pero 113
Perseus 47
Pessumire 78
Petasо 101
Petulci 67
Pera 9
Phadra 49
Phagin 95
Pharetra 39
Philomela, seu philomena etymologia 7.
Philtra 38
Phyllirides 94
Phineus 38
Phlegeton 38
Phocis. 120
Phoebus 106
Phoenices 122
Phorcynides 38
Phyllinus
Phillis 38
Piacula 102
Picens. 89
Pietas 78
Pierides 34
Pierius liquor 30
Pignora 73
Pila 73
Pilare 79
Pileolum 59
Pitheceos 71
Pollux 79,
Polo 76
Polenta 70
Polo 42
Polymnia 45
Pondo 32
Popina 95
Podulare 44
Populari ibidem
Populus 80
populus cui sacra 79
Post 29
Posthabere 29
Pous 94
Praecox 38
Precordia 9. 54
Prestigia 8
Prima lux, & primus dies 16
Prodigus 79
Propago 124
Propter 28
Proserpine 30
Prospicere 20
Prostituere 75
Proximare 43
Pruina 65
Pubes 96
Pubescere 112
Pueri 81
Puerpera 53
Pulex 90
Plus 78
Purpura, e 53
Pyramis 71
Pyrolampes 11
Pyrrha 79
Pyrrhus 61
Pythagoras 63
Pythiusa 77
QVam 30
QVando 78
Quesito de magnorum aduentu 32
Querulus 43
Quo 29
RAbula 78
Ranarum fabula 120
Rebecca 49
Refert 35
Referre 49
Regius 33
Reor 25
Respiscere 30
Restauro 12

Re-

INDEX

Rodophe 45
Rima. 7. Rimula. 54. Romanus 43
Rompha. seu Romphea 53
Romuli fabula 65
Roſtrum 6
Rubigo 101
Rulla 14

S Ambucus 109
Sacrum offerre 75
Salax 47
Sales 6
Salignus 42. 102
Salomon 53
Saltiducus 44
Saltus 33
Saluia 115
Samſon 53
Sarcinula 92
Sarmenta 32
Satan 24
Saxa 94
Scids a ſcindo 19
Scipio 52
Scipionis dictũ 120
Scomma 74
Scrutari nidos 6
Scurrilitas 65
Scylla 35. 42
Secare 43
Secundare 58
Securis 73
Secus 101
Segnis 66. 129
Semiramis 42
Senſim 80
Senectus 96
Sentes 161
Sepes 58
Sepire. 128
Septenarij miſterium 79
Sepulchrũ leue 24
Seres 61
Serica ibidem
Sero 92
Serra 65
Sernis error 61
Seruitium 41
Seruus 16
Setoſus 97
Sic 92
Similarium 67
Simulare 43
Sina 54
Sion 52
Sirenes 21
Sirius 43
Sinuoſus 116
Sirius 99
Socer 52
Socus ibidem
Sodalitium 178
Sogona, alias Sage na. 42
Soliloſſer 73
Solimagus 34
Solititia duo 93
Solum 5
Solymi 120
Sompes 79
Sopitus. 42
Sopor 5
Soracte 98
Sortiri digitis 16
Specimen 58
Spectacula 60
Spelaa 9
Spicatus 14
Spineta 113
Squarroſus 59
Sterno 5
Stimulus 73
Stipites 102
Stiria 67
Stiua 14
Stratus 5
Striare 50
Striges 42
Strix 102

INDEX.

Strophades 38
Stygius 89
Styx Ibidem
Succida 116
Sulfuris arx 59
Super 6
Supini posterioris constructio 5
Supra 6
Surculus 33
Susarion 42
Suspicere 102
Susurrus 23. 110
Susurri magici 81
Sylvanus 37
Sylvestris 38
Syrtes 8

T Abescere 42
Tantalus. 13
Tarpeia 46
Taxus 124
Teges 109
Telum 46
Tempe 45
Tentans 42
Tentare 50
Tentare fugam 82
Testes 11
Tethys. 95
Tetricus 25
Thalassio 7
Thesaurus 49. 52
Thessalis 50
Thoma Aquinatis quid contigerit 116
Tiberius 129
Tiberius 45
Tibia 25
Tibicen 82
Tityrus 22. 26
Titan 118
Tmesis 13
Tonans 93
Tenius 75
Tragica vox 61
Tricornis 129
Trivia 9
Trivialis 67
Troia 125
Tumulus 52
Turgidus 9
Tyndarus 48

V Alla documentum. 81
Valsasinus 120
Vates 118
Ve 98
Vecordia 128
Vecors 42. 76
Vellera 128
Vena 74
Ventriculus 51
Ventrosus 129
Venus 21
Ver. 102. Vernus ibid. Veribus, & Verubus. 103. Verna 66. Verona. 126.
Vertex. 27. Vesti gare. 77. Vices. 109
Victus. 56. Vidi 15
Villa. 85. Vimen 6
Vimmia. 102. Vindemia. 77 Vincta. 159
Vipera 129. Virus 54. Vis. 20. Vita fugi 72 Vitis. 73. Vitta. 89. Vitula facere. Vligo. 122. Ulna 93. Umber. 44 Umbria pars Thuscia 118. Vrbi cadavera mos unde. 23. Urna. Ut. 66. Utres. 13. Uvidus. 102.

X Enophon 95
Xerxes. 52

Z Elus, Helia 114
Zetus, 54

FINIS.

15 AP 90 MUSEUM

BAPTISTA MANTVANVS CARMELITA PARIDI CÆRESARIO. S. P. D.

AVdi, ô Pari, ænigma perplexum, quod Oedipus ipse non solueret. Ego quinquagenarius, & iã consenescens, adolescentiã meã reperi, & habeo adolescentiam simul, & senectã. Sed ne ambage te longa teneam, nodum hunc dissoluo. Anno præterito quum Florentia rediens, Bononiam peruenissem, intellexi apud quẽdam literarum virum esse quendam libellum meum, quẽ olim ante religionem, dum in gymnasio Paduano philosophari incipirem, ludens excuderã, & ab illa ætate adolescentiam vocaueram. Carmen est Bucolicum in octo Eclogas diutsum quod tam diu tanquam abortiuam putabam abolitum. Vbi id resciui. Saturnina fame repentè sum percitus, & cogitaui quonã pacto possem proli meæ inferre pernicie. Iuuantibus ergo amicis, libellum mihi vendicaui, vt perderem quem suspicabar erratis nõ posse nõ scatere. At vbi intellexi, & alia quædam exemplaria supersse, visum est præstare hoc, quod vendicaram emendare, emendatũ-

qûe edere, vt eius editione, cętera, quæ continent multa nimis iuuenilia deleantur. Hoc igitur sic castigatũ duabus alijs Eclogis, quas in religione lusi, in calce subiunctis, tibi, ó Pari iuuenis antiquæ nobilitatis, & studiorum, ac omnium bonarum artium amantissimè, nostræq; vrbis decus egregium, libentissimè dono, vt quando retricis illis philosophiæ ac theologiæ lucubrationibus, quibus assiduè vacas, fatigatus fueris, habeas iucundulã hãc lectiunculam, quę, tanquam ludo quodã blãdulo, sed liberali lassum legẽdo reparetur ingenium. Omnes autem, penes quos immatura illa sunt exęmplaria, quę dixi rogatos volo, vt si quid vnquam fuit eis dulce meũ, confestim exurant, nec vllo pacto superesse permittant. Accipe ergo Pari suauissimè libellũ & auctorem, & ambobus tanquam rebus tuis tuo deinceps vtaris arbitrio. Vale. Calendis Septembris. Anno. M. CCCC. XCVIII.

ANNOTATIVNCVLÆ aliquot in subsequentem Librum ex Epistola quadam Ioannis Murmelij, ad Paulum Ruremundensem.

SED VT (INQVIT) EX ordine à te quæsitis respondeam, hæc accipe. In tertia Ecloga, quod Thracius Hebrus Orphea fleuisse dicitur rectè ais, id tibi ex quarto Georgicon Virgilij non constare, quum ibi non Orphea, sed eius vxorem Euridicen Hebrus fleuisse dicatur. Adducendũ itaq; fuit testimonium Ouidij, in secundo Metamorphoseos ita scribentis.

Te mœste volucres Orpheu te turba ferarum,
Te rigidi silices tua carmina sæpe secutæ
Fleuerunt siluæ, positis te frondibus arbos.
Tonsa comas luxit, achrymis quoq; flumina dicunt.

Increuisse suis.

Hic enim per flumina, Thraciæ fluij, & eum primus Hebrus, quod sequentia indicant, significatur.

Venio ad patinam Æsopi, cuius mentio fit in quinta ecloga. Qualis autem ea fuerit, docet Plinius in 10. naturalis historiæ capite decimo quinto, his verbis, Maxima tamẽ insignis est in hac memoria Clodij Æsopi tragici histrionis patina, sexcentis sestertijs taxata, in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coemptas, nulla alia inductus suauitate, nisi vt in ijs imitationem

tationem hominis manderet, ne quaestus quidem suos reueritus, illos opimos, & vocemeritos, dignos prorsus filio, a quo diximus deuoratas margaritas. Non fit tamen (vt verum fateor) facile inter duos iudicium turpitudinis, nisi quod minus est, summas rerum naturae opes, quam hominum linguas coenasse hactenus. Plinius, tertio loco quaesitum est, super illud sextae Ecloga. Nec nemo Aegeria sonipes, nec vir bonus vrbem. Cur Aegeria nemus, quod ab Aricia non procul abest, equi defugiant Huius rei causam apud Graecos Callimachus (teste Seruio) tradidit, apud nostros vero Ouidius in 3. Fastorum inquit.

Vallis Aricina sylua praecinctus opaca.
Est locus antiqua religione sacer.
Hic latet Hpppolitus loris distractus equorum,
Vnde nemus, nullis illud aditur equis.

Et ante ouidium. Maro in septimo Aeneidos:
Vnde etiam templo Triuia, lucisq; sacratus:
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum.
Et iuuenum monstris pauidi effudere marinis.

Praeterea cognoscere cupis, quem accipiendam censeam per Nursinum senem in octaua Ecloga, cuius fato iuga inclyta dicuntur. Senex hic diuus pater Benedictus intelligendus est, qui in Nursia, vel ciuitate Piceni, vel Prouincia ortus, monasterium concidit primum in monte aliquo regionis illius, deinde cum religionis fratribus in Cassinium montem migrauit, ibiq; Apollinis phano in diui Ioannis Baptistae sacellum commutato, virtutibus miraculisq; claruit, & tandem vita defunctus, ibiq; in sacello praedicto sepultus, iuga illa montana immortali nominis sui memoria illustrauit. Postremo rogas, quonam modo defendatur latinitas orationis illius in Ecloga nona. Hac armenta quibus

bus caput à tellure leuatur Altius, & cui sit longa internodia crurum miraris, enim antecedenti pluralis numeri subiectũ alterum pluralis numeri, alterum singularis relatiuũ. Scito igitur figura tam esse poetæ locutionem. Teste namq; Prisciano, libro decimo septimo. diuersi interdum numeri construuntur. Salustius in Cantilinario. Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magna copia concurrebant. Cuius enim singulare, ad rem retulit, id est, cuius rei seruitiorum, Tibullus. vos quoque abesse procul iubeo. discedite ab aris, cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Cui sub intellige turbæ, vel multitudini. Ita & hic, cui gregi armentorum, vel armento Hactenus Murmelius.

ADELON.

Totũ hoc poema cõstat dramatico genere. Non auctor nusquã loquitur, nisi pastorali persona assumpta, quã vt inquit Badius, interdum sub Candidi nomine assumit, & c Contendit item Badius pastorale decorum, sermonisq; Bucolici tenuitatem hic magis anxiè obseruatam, quã in Marone. Qualitas carminis hexametra Bucolica stylus gracilis, Bucolicæ congruens, persona ferè Argumenti nomen sortiuntur.

Baptistę

BAPTISTÆ.

MANTVANI, CARMELitæ Theologi, adoleſcentia, IN DECEM ECLOGAS Diuiſa.

Ad Paridem Cæſarium.

ECLOGA PRIMA, DE HONESTO amore, & fœlici exitu inſcripta, Fauſtus.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Antiquos repeti vult Fortunatus amores,
Obſequitur Fauſtus, referens connubia lata.

COLLOQVVTORES.

FORTVNATVS, ET FAVSTVS.

FAuſte, precor, gelida quando pecus omne ſub vmbra.
Ruminat, antiquos paulum recitemus amores:
Ne, ſi fortè ſopor nos occupet, vllaferarū
Quæ modo per ſegetes tacitè inſidiantur, adultas,
Seuiat in pecudes: melior vigilantia ſomno.

Fauſte, precor, &c. Hæc 1. Ecloga de honeſto amore, fœliciq; eius exitu inſcribitur, nō ſine ratione,

ratione. Nam licèt nondum religionem professus, hæc veluti ingenij sui præludia composuerat ad poesim haud dubiè natus auctor, tamen quia ne tũc quidẽ quidquẽ inhonestũ, aut cõcipere, aut edere voluisset, nũc cùm recognosceret, si offendisset, nimirum reiecisset. Proinde, ne si de amoribus titulum quispiã severus religiosus lectitãs aufugeret, inscripsit de amore honesto, quo re vera nihil est homine dignius. Hic autem amor honestus describitur, quia affectione matrimoniali initus. Additur autem, & fœlici eius exitu, vt eos qui amare volent, ad honestum amorem inuitet, quippe cuius fœlix est exitus. Nam de lubricis & inhonestis fere dicitur à cõpatriota eius, in consimili opere: Et quisquis amoris
At metuit dulceis, aut experietur amaros.
Personæ, vt in præambulis diximus, etiã hic ab officio, & rebus denominantur, Faustus, & Fortunatus. Nam vtrunqúe in bonum sonat: vt Fortunate senex, &c. Et, O fortunatus nimium, bona si sua nórint, Agricolas. Et rursus, O fortunati, quorum iam mœnia surgũt. Præterea. Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes. Faustus autem, si ad vocem alludere lubet, videtur quasi fatis aut fauore auctus

aut fauore stans. Ordo, quem non vbique, quia opus nō erit, repetemus, hic est: O Fauste, quando i. quandoquidem, omne pecus ruminat, i. remandit prius in ventrem immissa, sub vmbra gelida, i. temperie frigida. Persius autem dicit: Et paruula pecus omne sub vlmo est. Ergo precor, recitemus amores antiquos, i. honestos, quales erant antiquis. Vnde Phauorinus apud Gellium, libro primo capite decimo, ad iuuenē nimis antiquè loquētem. Sed antiquitatem tibi placere ais. quod honesta, bona, & sobria, & modesta sit. Viue ergo moribus præteritis, loquere verbis præsentibus. Antiquum etiam solet accipi pro charo, quòd amici & vina, & cętera id genus, vt quæque veterrima, ita chariſſima nobis esse soleant. Vnde Macrob. in prim. Saturnalium. Hinc est quod mihi quoque institutione tua nihil antiquius æstimatur &c. Veruntamen hic potius accepero pro honestis, & antiquis cōgruentibus. Id autem epitheton decenter additur, quod sine eo Seruius velit amores lubricos dici. Nam qui honestatis, & religionis est, nūmero vnitatis efferri solet. Veruntamen amores etiam honestos dici testatur Cicero in officijs, sic dicens. Faciem honesti vides, quę si oculis cerneretur, mirabiles amo-

les amores (vt ait Plato) excitaret sapientię. Recitemus ergo amores antiquos. Ne si forte sopor, id est, profundus somnus, nos occupet, videlicet oscitanteis, vlla, id est, quæuis ferarum, quæ insidiantur modò tacitè per segetes adultas, i. maturas, sæuiat in pecudes, quod docet Maro in Culice. Vigilantia scilicet est, melior somno. Generale Adagium quo sententiam confirmat.

Faust. Hic locus, hæc eadem, sub qua requiescimus, arbor,
Scit, quibus ingemuì curis, quibus ignibus arsi,
Ante duos, vel (ni memini malè) quatuor annos.
Sed tibi, quando vacat, quando est iucunda relatu,
Historiam, prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum sequerer primis armenta sub annis,
Vesle solo strata, sedi, iacuíq; supinus,
Cum gemitu, & lachrymis, mea tristia fata reuoluens.
Nulla quies mihi dulcis erat, nullus labor, ægro
Pectore, sensus mers, & mens torpore sepulta.
Vt stomachus languentis erat, quem nulla ciborum
Blandimenta mouent, quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat studium. Nam nulla sonabat
Fistula disparibus calamis, odiosus & arcus,
Funda odiosa, canes odiosi, odiosa volucrum
Prada. nucum calices cultro enucleare molestum
Texere fiscellam iunco, vel vimine piscem
Fallere, scrutari nidos, certare palestra,
Sortiri digitis, res iniucunda, voluptas
Magna prius, tanti dum mens erit inscia morbi,
Colligere agrestes vuas, & fraga pressu.

Hic lo-

Hic locus ſermo eſt, vt dixi merẽ paſtoralis, & ita aptus ac proprius. Scit quibus ingemui curis, Teſtimonio rem firmat, & ad tela Cupidinis alludit, qui altera manu tela, altera geſtat flammas, vnde Maro Mantuanus At regina graui iamdudum ſaucia cura, Vulnus alit venis & cæco carpitur igni. Nam vulnus telo fit, vnde ſaucia curis dicta. Nam cura ſecũdum Seruium dicitur, quod cor vrat. Quocirca hic bene dicit: Ingemui, id eſt intus, & in præcordijs, vel multùm ingemui curis, quia res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quibus ignibus: quaſi dicat, flagrantiſſimis, aut cęcis, vt ille. Et cęco carpitur igni. Ignis autem aliquãdo amor dicitur, vt. Si quos aut Pillydis igne, aut Alconis habes laudes. Aliquãdo amatus vt: At mihi ſeſe offert vltrò meus ignis Amyntas.

Ignis.

Vel ni memini malè, quod factum non cęſet, quia meminerunt omnia amantes. Quãdo, id eſt, quando quidẽ. Iucunda relatu, id eſt dum refertur, & recenſetur, vel vt referatur. Et aũt poſterius ſupinum, q eo modò cum nominib. adiectiuis cõſtruitur docet Valla. Prima repetens ab origine. Maronianũ eſt. Sub primis annis quia primus furor amorum grauiſſimus eſt, cum inexperta exerceat pectora.

Veſte

Veste solo, id est, per terram. Strata, id est extensa. Dicitur etiam solum sterni floribus. Sedi, id est, resedi defessus. Dum sequerer: id est sequi deberem. Iacuiq; supinus, quod amentis est. Sersus iners, id est, sine arte, & industria. Mens erit sepulta, id est, hebetata torpere ex languore orto, vt stomachus languētis erat: quem, scilicet stomachum. Nulla inuitat orexis, id est, nullus appetitus, aut nullus vomitus, siue ructatio. Orexis enim Græcī est, & idē est, quod appetitus. Ex vomitu autem appetitus nosci tur, vnde etiam apud Plinium in epistola pro vomitu accipitur. Erant autem, qui Latinè oris exitum interpretantur. Nam os oris primam producit, hoc autem corripitur, vt hic, & a Iuuenale Satyra sexta. Rabidam facturus orexim, & Sta. 11. hinc surgit orexis, hinc stomacho bilis. Carminis occide rat studium: commemorat ferè, quæ pastorē oblectare solent, & primùm fistulam, de qua Æneidos tertio, de Polyphemo loquens, ait, Maro Solamēq; mali de collo fistula pendet. Disparibus calamis, emphaticos quidem dicit, nec etiam artificiosissima, vt est disparibus calamis compacta, vt in Bac. Māronis. Est mihi disparibus calamis compacta cicutis, Fistula, & alibi, aut vnquam tibi fistula cera iuncta fuit? Orexis.

fuit? Nam vt alibi dicit: Pan primus calamus cera coniungere plures instituit. Odiosus & arcus. Plus est quàm si eius studium occideret. Id autem pastorale studium est, vnde illud, & figere ceruos. Etiam de venatu intelligere potest. Funda odiosa, qua se pubes rustica ad futurã militiam exercere solebat. Nucum calices, id est, testas. Enucleare, id est, nucleis euacuare, & nucleos extrahere, sicut exossare. Texere fiscellã, id est, vas vimineũ Maro in Alexi. Quin tu aliquid potius, quorum nũc indiget vsus. Viminib⁹, molliq; patas intexere iunco. Et in fine Bucul. Dum sedet, & gracili fiscellã texit hibisco. Est autem diminutiuum à fiscina, de qua Georgicorum primo. Nunc facili rubea texatur fiscina virga. Vel vimine, i. tenui pertica, seu virga Scrutare nidos, Maro: Parta meæ Veneri sunt munera, Namq; notaui ipse locum, aerię quò cõgrediere palumbes. Certare palæstra, cursu, & iucta Sortiri digitis, id est, micare, qui Italorum est ludus. Erigit autem micamium vterque quot vult digitos, & diuinat, quot sint ambobus erecti, & qui prior enunciat, depositum sortitur. Agrestes vuas. labruscas, & fraga humi nascentia. Virg. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Enucleare
Exossare
Fiscella.

Marcham.

Mœrebam, vt pastis rediens philomela, cibum
Ore ferens natis, vacuo sua pignora nido
Cum sublata videt, rostro cadit esca remisso,
Cor stupet, & contra nidos super arboris altæ
Fronde sedet, plorans infœliceis hymenæos,
Seu veluti amisso partu formosa iuuenca,
Qua postquam latos altis mugitibus agros
Compleuit, residens palleuti sola sub umbra,
Gramina non carpit, nec fluminis attrahit undam.
Sed quid circuitu pario tibi tædia longo?
Dum sequor ambages, & verba, & tempora perdo,
Summa hæc vitales auras inuitus agebam
Quod si fortè volens cognoscere singula, dicas,
Fauste, quis in Syrteis auster te impegerat istas?
Me mea (verum etenim tibi Fortunate fatebor)
Me mea Galla suo sic circumuenerat ore.
Vt captam pedicis circundat aranea muscam.
Namq; erat ore rubens, & pleno turgida vultu,
Et quamuis oculo pene esset mutilus vno:
Cum tamen illius faciem mirabar, & annos.
Dicebam Tritia formam nihil esse Diana.

Mœrebam. & c Similitudinem affert, qua res sit clarior sed rustico non impertinentem. Pastu, nomẽ est, vt sit è pastu seu pastura. Nam posteriora supina non ponũt periti cum verbis de loco, quod tamen imperitorũ præcipit manus. Ore ferens, Virgil. de apibus: Ore ferunt dulcem natis immitibus escam. Pastu. Philomelæ.

Philomela discitur luscinia, ea aũt queru-la fingitur propter amissam linguã, vt in Buc. Virgil.

Buc. Virgil. dici solet. Quas illi philomela dapes. Legunt autem alij philomella, non simplici. l. quia melos primam corripit, vt sit amatrix dulcis cãtus. Nihil enim artificiosius canit, vt auctor est Plinius, dicens: Est luscinijs diebus, atque noctibus continuis quindecim cantus, densante se frondium germine Mira profectò res est, quòd tanta vox in tantulo corpusculo sit, tam pertinax spiritus, & musicæ perfectæ modulatus sonus. Cantant inter se, & victa morte quiescit, prius vita, quã cantu deficiens. Audit disciplinam attentè & corrigit: propter hæc paria illis, ac seruis pretia erant. In Stesichori poetæ adhuc infantis cecinit &c. Alij verò Philomena per n. legũt sic. Rostro remisso, id est, non amplius escam tenente. Negãt autem rostrum dici nisi sit incuruum. Super arboris altę fronde, antiquè vt Maro: fronde super viridi, & gemina super arbore sidunt. Nam nunc, super frondem, dicimus. Volunt præterea, super, dici, vbi res contingitur: supra, vbi distantia est, Plorans, id est, conqueréns. Hymenęos, id est, nuptias, in quib' Hymenæus à Græcis inuocari solet, vt Thalassio à Latinis. quod in epithalamijs i. carminib. nuptialibus videre est. Vt nũt docent Donatus, & Seruius, Hymenæũ quidã Liberi,

Liberi, & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit, ideoq; per laudem cãtari in virginalibus nuptijs ob huiusmodi meritum. Alij virum fortem Atticum, qui raptas prędonibus virgines oppressis latronibus, patrię restituerit. Hic etiam inquit. Seruius, apud Romanos Thalassio inuocatur Cum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptam pulcherrimã duceret, ne ei auferretur alijs, Thalassionis cuiusdam nobilis esse simulauit, cuius nomine fuit puellę tuta virginitas. De qua re Liuius. lib. 1. decados primæ certus est auctor. Plura tamen, & quædã his diuersa apud Plutarchum legas. Alij, inquit Donatus quod Hymen dicatur membrana quædã, qua est munita virginitas, quæ primo disrumpitur coitu, Himenæum dictũ putant. Alij hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe hymenæũ in nuptijs, quemadmodũ in funere vel in sacris hymnũ. Ter. in Adelph. Verùm hoc mihi mora est, tibicina, & hymenęum qui canat: hæc ille. Hic autẽ accipitur pro coniunctione quasi nuptiali. Seu velut: alia similitudo rusticis cõgrua Gramina non carpit, Sic Maro: Vlla neq; amnem libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam Dũ sequor ambages. 1. dubios, & longos verborum circuitus, & inuolucra, ab am-

bigo, quod est circumago. Maro. Non hic te carmine ficto. Sive per ambages, aut longa exorsa tenebo. Vtales auras, sic Æneid. 1. Si vesci tur aura Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris: Quis auster quiuis ventos importunus. Maro, Dare classibus austros: est autem meridionalis, tempore corrumpens, vnde amoribus quadrat Maro: Eheu, quid volui misero mihi? perditus austrum floribus, & liquidis immitia fontibus apros. Corrumpentē obsonia docet Iuuenalis. Et properat, velut vrgeat auster. Syrtes, sunt loca arenosa, habētia vada breuia, in quæ si inciderit naues, euelli nequeunt, de quibus Maro Æneid 1. In brauia, & Syrtais vrget, Sunt autem in Getulia. Æneid. 6. Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul. Hinc metaphoricōs aut allegoricōs pro inextricabilibus amorum nexib⁹ Nam qui amat quod obtinere nequeunt, lupum auribus tenent, cum neq; tenere, neque dimittere compotes sint. Impegerat ab impingo, nam Pango etiam pegi facit. Istas, tuas & viles. Pertinet enim iste ad secundam personam, & ad contemptū. Maro. Aut quid petis istis? Me mea Galla. In Iuuenale etiam tenuis clientis vxor, Galla mea est inquit. Pro

Galla, fer Galla caput &c, Suo ore, formosi rate oris.

Pedic is,

Pedicis, laqueis & vinculis pedũ, sicut manicæ sunt manum vincula Geor. 1. Tũ gruibus pedicas & retia ponere ceruis, Auritosq; sequi lepores, tum figere damas. Et Æneid. 2. manicas. atq; acta leuari Vincla iubet Priamus. Est etiam manica, manuum, & brachiorum tegumentum. Idem Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Et pleno turgida vultu. Terent. Succi plena, sed id vrbanus. Nam turgida, id est, inflata non suo pingui, non nisi rustico placeat, vt lusca, id est, altero oculo capta, sed dicit penè, vt non merè luscam, sed pætam, id est, tremulis oculis putes. Nam & Venus pæta dicitur. Dianæ Triuiæ, id est, tres vias habentis: in cœlo, vbi Luna dicitur: in syluis, vbi Diana venatrix, & apud inferos, vbi Proserpina, quod fingitur, quia Lunæ lumen nunc superis, nunc inferis, nunc nobis conspicitur, Legi posset, ducebam, id est iudicabam in animo meo: Nihil esse videlicet ad hanc nostram.

Pedica.

Manica.

Turgida.

Pœta.

Triuia.

Fort. Ludit amor sensus, oculos præstringit & aufert.
Libertatem animi, & mira nos fascinat arte.
Credo aliquis Daemon subiens præcordia flammam
Concitet, & raptam tollat de cardine mentem,
Nec Deus (vt perhibent) amor est, sed amaror, & error.

Ludit amor sed⁹, interloquitur Fortunatus: ne durior sit perpetu⁹ tenor vni⁹. Ludit, ludit, oculos præstringit, Vnde præstigiæ & præstigia-

bigo, quod est circumago. Maro. Non hic te carmine ficto. Siue per ambages, aut longa ex orsa tenebo. Vitales auras, sic Æneid. 1. Si vescitur aura Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris: Quis auster quiuis ventos importunus. Maro, Dare classibus austros: est autem meridionalis, tempore corrumpens, vnde amoribus quadrat Maro: Eheu, quid volui misero mihi? perditus austrum floribus, & liquidis immisi fontibus apros. Corrumpentē obsonia docet Iuuenalis. Et properat, velut vrgeat auster. Syrtes, sunt loca arenosa, habētia vada breuia, in quæ si inciderit naues, euelli nequeunt, de quibus Maro Æneid 1. In brauia, & Syrtais vrget. Sunt autem in Getulia. Æneid. 6. Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul. Hinc metaphoricôs aut allegoricôs pro inextricabilibus amorum nexib⁹ Nam qui amat quod obtinere nequeunt, lupum auribus tenent, cum neq; tenere, neque dimittere compotes sint. Impegerat ab impingo, nam Pango etiam pegi facit. Istas, tuas & viles. Pertinet enim iste ad secundam personam, & ad contemptū. Maro. Aut quid petis istis? Me mea Galla. In Iuuenale etiam tenuis clientis vxor. Galla mea est inquit. Profer Galla caput &c, Suo ore, formositate oris.

Galla.

Pedicis,

Pedicis, laqueis & vinculis pedũ, sicut manicæ sunt manum vincula Geor. 1. Tũ grauibus pedicas & retia ponere ceruis, Auritosq; sequi lepores, tum figere damas. Et Æneid. 2. manicas. atq; acta leuari Vincla iubet Priamus. Est etiam manica, manuum, & brachiorum tegumentum. Idem Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Et pleno turgida vultu. Terent. Succi plena, sed id vrbanius. Nam turgida, id est, inflata non suo pingui, non nisi rustico placeat, vt lusca, id est, altero oculo capta, sed dicit penè, vt non merè luscam, sed pætam, id est, tremulis oculis putes. Nam & Venus pæta dicitur. Dianæ Triuiæ, id est, tres vias habentis: in cœlo, vbi Luna dicitur in syluis, vbi Diana venatrix, & apud inferos, vbi Proserpina, quod fingitur, quia Lunæ lumen nunc superis, nunc inferis, nunc nobis conspicitur, Legi posset, ducebam, id est iudicabam in animo meo: Nihil esse videlicet ad hanc nostram.

Pedica.

Manica.

Turgida.

Pæta.

Triuia.

Fort. Ludit amor sensus, oculos præstringit & aufert.
Libertatem animi, & mira nos fascinat arte.
Credo aliquis Dæmon subiens præcordia flammam
Concitet, & raptam tollat de cardine mentem,
Nec Deus (vt perhibent) amor est, sed amaror, & error.

Ludit amor sēt⁹, interloquitur Fortunatus: ne durior sit perpetu⁹ tenor vni⁹. Ludit cludit, oculos præstringit, Vnde præstigiæ & præstigia-

Fascinat. qui Mercurium principem habent. Fascinat illigat quasi fasce quodam incantamento. Maro, nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Aliquis dæmon, id est, vafer spiritus. Præcordia. i. membranulas concingentes in quibus sunt affectiones, seu passiones animorum. Concitet a concito frequentatiuo, id est, prouocet aut commoueat. De cardine de stabilitate & firmitudine sua. Nec deus, Maro: nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum Ismatus, aut Rodope, aut extremi Garamantes. Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt. Amator, amarities, amaritas, & amaritudo, ab amaro dicitur.

Præcordia

Amaro. *Fau?. Adde, quod optatis nec spes erat, vlla potiri,*
Quamuis illa meo miserata faueret amori,
Monstraret q, suos oculis aut nutibus ignes.
Namquacunque iret semper comes aspera, semper
Nupta sequebatur soror, & durissima mater.
Sæpe, repugnabat votis contraria vota
Non secus ac muri catus ille inuadere pernam
Nititur, hic rimas oculis obseruat acutis.

Adde. &c. Docet quomodo in Syrteis incidisse probetur. Non secus id est, non aliter ac. i. quam scilicet repugnat catus, id est, felis, animal reuera cautum, id est vafrū & calidū, & corripit catus primam. vnde per t. simplex scribitur. Horatius 1. carminū. Voce formasti

catus

catus, & decore. Veruntamen multi pro animali per tt. duplex scribendum putant. Perna à pede dicitur secundum Varronem, quasi sit pes porcinus cum carne, præcipuè priores pernas vocant, posteriores verò petasones. Rimas, id est, fissuras, è quibus mus exiliat.

For. Qui satur est, pleno laudat ieiunia ventre,
Et quem nulla premit sitis, est sitientibus asper.

Iterum interloquitur Fortunatus, cuius dictum si ad durissimam matrem respicit, sensus est: matrem iam saturatam amoribus, non ignoscere filiæ amare incipienti: Si ad catum illum inuideri muri, aut sorici famelico cum satur sit, quia tunc præcipuè venatui intendit cum contra faciat canis.

Faust. Tempus erat curua segetes incidere falce.
Et latè albebant flauentibus hordea culmis:
Affuit (vt mos est natis comitata duobus,
Collectura parens, quæ præterit horrea messor.
Ignorabat enim. vel dissimulabat amorem.
Dissimulasse puto quoniam data munera natæ
Nouerat exiguum leporem geminusq; palumbes.
For. Pauperies inimica bonis est moribus, omne
Labitur in vitium, culpæ scelerumq; ministra est.
Faust. Farra legens, ibat mea per vestigia virgo?
Nuda pedem discincta sinum, spoliata lacertos,
Vt decet æstatem, quæ solibus ardet iniquis,
Tecta caput fronde intorta, quia sole perusta.
Fusca fit, & voto facies non seruit amantum,
Iam tergo vicina meo lateriq; propinqua,

Sponte meo delapsa manu frumenta legebat
Nec celare suas, nec vincere fœmina curas,
Nec differre potest, tantum lasciuitatis in illa est.
For Quisquis amat, leuis est nec fœmina sola, sed ipsi
Quos sapere, & præstare aliis mortalibus aiunt,
Quos peros latus fulgenti murice clauus,
Quos vidi elatos regali incedere passu.
Tu quoq; sic iuuenilis eras dementior illa,
Forsitan & lenior, virgo data farra legebat,
At farra dabas, die quæ dementia maior.
Perge, opus est verbis aliquando arcere soporem.

Tempus erat curua segetes incidere, Græcè & duriter vt rustico comperit. Nam Latiné dicas, tempus incidendi, auctoribus Seruio, & Valla Virg. tamen Æneidos 2. dixit. Sed si tã tus amor casus cognoscere nostros.

Collectura parens. Hic locus videtur sumpt' ex Ruth. Pauperies inimica bonis est moribus, id est Rusticis visum, quibus nondum intellecta deorum munera, aut quia indigentem difficile est bene operari, aut reuera, quia per paupertatem coguntur mulierculæ munera accipere, quæ diuitibus essent respuenda. Omne labitur in vitium. Sic Comicus: Inopia, & cognatorum negligentia coacta. Et post, ita vt ingenium est omnium hominũ pro cliue à labore ad libidinem. Est quidem hæc sententia rustico digna. Nam neque paupertas vitium est, neque in vitium impellit, si eã

ferre

ferre nouerimus, quin munus deorum a Luca no rectè dicitur, sed nondum intellectum. Verum quia procliues sumus ad libidinem, nostro, non paupertatis vitio sæpe peccamus, vn de prouerb. 30. aut egestate furer, & periurem nomen domini. Et tamen idem dixit: Paupertas & honestas a Deo sũt. Dicimus ergo paupertatem in spiritu sancta, sed difficilem eius vsum. Pauperies propriè accipitur pro dãno, vtsi quadrupedis pauperiem fecisse dicatur. Nuda pedem, Græcæ Poeticæ locutiones sũt. Maro Aeneid 1. Nnda genu, nodoque sinus collecta fluente. Sunt autem oratoribus vitandę. Sponte mea. Sic & Booz ipsi Ruth, fieri præcepit Latus, clauus vestis est senatorũ Romanorum. Murex, conchilij genus, cuius sanguine fit purpureus color Dic, quæ dementia. In prosa potius dixero, vtra vel vtrius.

Faust. Continuò aspiciens ægrè tulit aspera mater.
Et clamans, quò, dixit, abiecux deseris agmen?
Galla veni. Namq́, hic alnos prope mitior vmbra,
Hic tremulas inter frondeis immurmurat aura.
O inuisa meis vox auribus, ite precabar,
Ite (malum) venti celeres, dispergite vocem
Si quis pastor oues ad pinguia pascua ducat,
Et vetet adductas præsens deserpere gramen,
Vel si iam pastas potum compescat ad amnem,
Et sitibundo ori salientem deneget vndam,
Nonne importunus natura inimicus, & exors?
Illa vbi vox ipsa Ionis violentior ira,

Cum tonat, & pluuijs terris ira ſcitur aër.
Non potui & volui frontem non flectere virgo
Demiſſi in cilium de ſubuelaminis ora
Me aſpiciens, motis blande ſubriſit ocellis.
Id cernens iterum, natam vocat improba matrem
Galla operi magis intendens, audire recuſat.
Vt pede, ſic animo ſequitur, tum prouidus ipſe
(Namq; dolos inſpirat amor, fraudeſque miniſtrat)
Nunc tantu, nunc ſolicitas clamore metentes,
Velamenta dabam ſceleri, quo credere poſſent.
Et ſoror & mater, non audiui, ſæ puellam,
Fal& repellebam ſentes, ne crura ſequentes
Leuia, ne teneras auſint offendere plantas.
For. Quiſquis amat, ſeruit, ſequitur captiuus amantem,
Fert domita ceruice iugum, fert verbera tergo
Dulcia fert ſtimulos, trahit & bonis inſtar, aratrum

Continuo aſpiciens. &c. Recitat argumentum amorum ſuorum. Si quis paſtor, indicat ſi militudine, quam incommoda fuerat matris reclamatio. Nam ſicut paſtor ouibus eſſet importunus, ſi eas á præſentibus herbis, aut fluminibus, cum famerent, aut ſitirent, arceat, quæ tantali pœna dicitur: ita importuna viſa eſt mater, quæ præſentia puellę vetabat frui. Iouis violentior ira. Amatoriè dictum. Audire recuſat, id eſt, hic: vt videtur diſſimulat. Velamenta dabam ſceleri, id eſt, ft audi, quæ non temper ſcelerata eſt. Nam eſt in puella non audienti monitis maternis. Sentes, id eſt, ſpinas &

nas & vepres. Crura sequentis, scilicet virginis leuia, non aspera, nec pilosa. Teneras plantas Muro: Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. Quisquis amat, seruit, ideo Ouidius. Dum licet iniusto subtrahe colla iugo. Fert, id est, patitur verba, satyricus: Solea puer obiurgabere turba bonis instar, id est, instar, & in morem, quod Valla non approbat vult. enim instar, ad æquiparationem, non ad similitudinem pertinere.

Faust, Tu quoque vt hic video, non es ignarus amorum.
For. Id commune malum, semel insanimus omnes.
Faust. Hoc animi tam triste bonum, tam dulce venenum,
Quotidie crudele magis crescebat in horas
Vt calar, in nonam dum lux attollitur horam,
Pallebam attonito similis, lymphaticus amens
Immemor, insomnus, nec erat ardua morbi
Noscere genus, frons est animi mutabilis index.
Vt pater aduertit, mittem se prabuit vltra
Consuetum, quod & ipse suos expertus amorum
Sciret onus, blandoq; loquens humaniter ore.
Dic inquit, dic Fauste. quid hoc, quod pectore volui
Infelix puer, hæc facies testatur amorem,
Dic mihi, ne pudeat curas aperire parenti.
For Sit licet innato facies austera parentum
Æqua tamen semper mens est,, & amica voluntas,
Faust. Vt facilem pater affectum præ se tulit vltro
Rem confessus, opem petij, promisit & ante,
Quam brumale gelu boreabus arua pruinis
Spargerit, agnas vnanimes cum patre puellam

Dispondere mihi, nec adhuc sine testibus illi,
Congrediebar, eram medio sit abundus in amne.
Tantalus ô quoties, misso cum bobus aratro.
Vt vacuus aliquando esset sola ad hus, ibam.

Tu quoque, Æneas Syluius, qui & Papa Pius, asserit nemine ad trigesimũ peruenire ætatis annũ qui non senserit aliquando amoris ignem. Vnde prouerbialiter dicitur hic, semel insaniuimus omnes. Quod Maro in Geor. li. 4. sic dicit. Omne adeò genus in terris hominũ que, ferarumque, Et genus æquoreum pecudes, pictæque volucres in furias, igneimque ruunt, amor omnibus idem. &c. Hic, id est, ex his á te dictis Limphaticus. i. furore percitus vt hi qui limphas, id est, nymphas se vidisse in aquis credunt. Errant autẽ qui vinũ Lymphaticũ dicũt pro diluto. A mens id est, sine mẽte. Terentius. Nam hęc incœptio non amantium, sed amentium est. Frons est animi mutabilis index: Prouerbiale, sed quia cœperunt homines dissimulare, dicit Iuue. Fronti nulla fides, ea dicata fertur verecundiæ atque pudori. Frons index. Sunt ergo index, & similia communia. Cic. Hanc vocem stultitiæ indicẽ. Vt pater aduertit, id est, resciuit, agnouit, annotauit animaduertẽdo. Mitem se præbuit talem præstandum docet Mitio Terent. in Adel. Vltra consuetum, id est præter consuetudinẽ

tudinẽ quia solent patres esse seueri in mores filiorum, vnde Menedemus Terentianus in Heautõ. Cœpi non humaniter, neque vt decuit animum ægrotũ adolescentuli tractare, sed vi, & via peruulgata patrum quotidie accusabam &c. Causa autem quare pater mitior fuit, addit, quod & ipse suos expertus. &c. Vnde & diuum Petrum labi contigit, vt sciret agnoscere. Dic mihi ne pudeat. &c, ex loco Terentiano. Sit licet in natos &c. Confirmat vt vero simile quod ille dixerat Agnati, id est affines. Despondere, id est, disponderunt mihi puellã. Nec adhuc sine testibus, id est arbitris & præsentibus. Illi. id est, cum illa congrediebar, id est. licet mihi esset disponsata, tamen non licebat conuenire eam, nec cum ea loqui, cũ sola esset, quo custoditã eius attestatur pudicitiã. Est autẽ locutio Virg. Nã Virgilius verba ad certamẽ pertinẽtia, cũ datiuo construit, quæ alij cũ ablatiuo, mediãte cũ, vt Placidóne etiã pugnabis amori, id est, cũ amore. Certat tibi, id est tecũ. Infœlix puer atq; impar cõgressꝰ Achilli. i. cũ Achil. Erã medio sitibũ dꝰ in amne. Tanta. i. Tãtali similis, de quo Horatiꝰ primo Sermonũ: Tantalus a labris sitiẽs fugientia captat Fulmina. Quia enim deorum secreta reuelauit aut quia Penelopen filiũ dis epulandum apposuit, hęc pœna apud inferos damnatus

Tantalus

damnatus dicitur, vt mento tenus, imo labiorum tenus habet dulcissima flumina, quib' dum sitim restinguere conatur, delabuntur. Et naso tenus fragrantia poma, itidem dum apprehendere conatur, subinterfugiunt. Signantur autem auari, vt auctor est Horatius subdens ibidem. Quid rides mutato nomine, de te fabula narratur, congestis vndiq; saccis, indormis inhians, & tanquam parcere saccis cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. Vt ædibus. i. domibus priuatis, scilicet paternis. Vacuis, scilicet patre, matre, sorore, & reliquis familiaribus. Esset sola, scilicet domi. Ibam, scilicet ad eam.

Omnia causabar, stiuam dentale iugumq;,
Lora iugi, rullam, deerant quæcunque, petebam
E soceri lare, sola tamen deerat mihi virgo.
Non deerant mihi, piscator, venator & auceps
Factus eram, & solers studia intermissa resumpsi.
Quicquid erat prædæ, quicquid fortuna tulisset,
Ad soceros ibat, gener officiosus habebar.
Nocte semel media subeuntem limina furtim,
(Sic etenim pactus fueram cum virgine) furem
Esse rati, inuasere canes: ego protinus altam
Transiliens sepem, vix ora latrantia fugi.
Hic tandem studijs hyemem transegimus illam.
Ver redijt, iam silua viret, iam vinea frondet,
Iam spicata Ceres, iam cogitat hordea messor,
Splendidulus iam nocte volans lampyrides alus:

Ecce dies genialis adest, mihi ducitur vxor,
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit & in portum vento ratis acta secundo est.
Tum boue mactato, gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis
Adfuit Oenophilus, multoq; solutus Iacobo,
Tempestiua dedit toti spectaculo vico
Et cum mult feri Tonius, cui tibia buxo.
Tandem post epulas & pocula, multicolorem
Ventriculum sũpsit, buccasq; inflare rubentes
Incipiens oculos aperit. cilysq; leuatũ,
Multotiesq; altis flatu a pulmonibus hausto
Vtrem implet, cubito vocem dat tibia presso.
Nunc huc, nunc illuc, digito saliente, vocauit
Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu
Saltidico, dulciq; diem certamine clausit.
Et iam tres hyemet abire, & proximat astas
Quarta dies rapidis, si qua est bona, praeterit horis
Si qua placent, abeunt, inimica tenacius herent.
Fo. Fauste viden, vicina pecus vineta subintrat
Iam, ne fortè graui multa taxemur, eundem est.

Omnia causabat. Pergit quo occeperat, docens Faustum amorum suorum exitum, optatis videlicet nuptijs. Omnia causabar, scilicet excusabam, seu accusabam & in excusationẽ intermissæ operæ adducebã vt in Mœri: Causando nostros in longum ducis amores. Stiuã id est manicam aratri, qua regitur. Dentale, id est, lignum ad quod inducitur vomer, vt di

cit

cit Seruius, ad illum. 2. Geor. Duplici apiantur dentalia dorso. Rullam, id est, partem a ruendo dictam. E lare, id est, domo soceri, scilicet futuri, quia desponsatione facta, non deeram mihi, id est, officio meo, vt vtilitati meæ. Studio intermiss. s. tempore languoris, vt prius dixit Gener est coniunx filiæ, & dicitur ad socerum & socrum correlatiuè. Iam Ceres, id est, seges, aut frumentum. Spicata, id est. Spicas habens. Lampyrides sunt papiliones quædã quę Nitedulæ, & Cicindelæ dicuntur, de quibus Sipont. sic: Cindula à Græcis Lampyris dicta, quidam Noctilucam, quod noctu luceceat Nitedulamque vocant. Non ante matura pabula, aut post delecta conspicitur, nunc pennarum huatu refulgens, nunc compressu obũbrata. Huis animalis stellãtes volatus, maturitatis hordei signũ rusticis præbent, mira benignitate naturæ. A hac lichnus pensilis, quẽ vulgo lampadem vocant Cicendula appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & Lampyridos instar lucet. Mart. de Cicendula. Ancillam tibi sors dedit lucernę, totasq; simul exigat tenebras. Scribitur autem Græcè Lãpuris, sed pro u. etiam y. scribi a nobis solet. Quiarrgo hordei maturitatem denotant bene dicit. Iam cogitat hordea messor Splendidulis, &c. dies genialis, id est, in quo gignẽdis liberis

Rulia.

liberis in geniali thoro opera detur. Ratis acta, i. res de qua parum seperabatur optatũ sortita est exitum. Gemina luce, solis, & tædatum Sub patula, id est semper patente, Oenophilus id est vini amator. Oenophorum autẽ vas magnum, in quo vinum affertur Iuuenalis: Totum œnophorum sitiens, Lyæus Græcè dicitur vinum Iacch. i. Baccho. hoc est, vino solutus, soluit enim curas. Vnde Lyęus a luo. i. soluo dicitur. Liber pater. Tonius a tonando dictus cantor, cui tibia buxo. Ex buxo enim ferè fiunt nunc fistulę, olim ex tibijs gruum, vnde & tibię dictæ Multicolorem ventriculum, id est folliculum quem inflare solent variis panniculis tectum, vulgo muſam cornutã vocant, eò quòd obcuruam fistulam annexam habet. Buccas rubentes ex vino. Multoties, satis humilè aduerbium, quo idonei abstinere dicuntur. Vtrem id est saccum illum ex corio. Pinguibus a mensis iuuenes ad compita, id est, loca, quæ plures petere solent in quibus rustici choreos & cæteros ludos exercẽt. Cãtu saltidico, id saltãdi formã dictãte. Et proximat id est, proximé appropinquat, aut instat. Æstas quarta, quia estatem pro messe duxerat, dies rapidi, & cæt. Si qua, id est, aliqua dies, id est tempestas est bona, id est læta, pro spera

Patula.
Oenophilus.
Iaccho.
Lyaus.
Tonius.
Tibia.
Ventriculus.

ſpera, præterit horis rapidis, i. velociter tranſeuntibus. Id enim videtur lætis inimica tenaciùs hęrent. Generalis ſententia, qua finem facit, plura tamen, vt videtur, dicturus, ſed à Fortunato ad coertionem pecoris auocatur.

Viden. Viden', id eſt videſné. Pecus vicina ſubintrat

Vincta. vineta, id eſt loca vitibus conſita vicina. Eun-

Mulcta. dum eſt, id eſt ire nos oportet ad cuſtodiam pecoris. Ne taxemur, id eſt damnemur graui mulcta, id eſt, pœna pro delicto danda.

ECLO-

ECLOGA SECVNDA de insania amoris inscripta: Fortunatus.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Qua Padus exundans tulerit dispendia, primum
Insanum memorat mox Fortunatus Amyntam.

FORTVNAVS, ET FAVSTVS.

CVr iam serus ades? quid te (iam septima lux est)
Detinuit? gregibus ne nocent hac pascua vestris?
For. Fau. Padus nostros qui praeterlabitur agros
Creuerat, & tumidis ripas aequauerat vndis.
Nos cura gregis omissa, priuata coegit
Publicaq; vtilitas, ripem munire diurnis
Nocturnisq; operis, fluuiumq; arcere fluentem.
Fau. Fert Padus exundans mala saepius omnia, noster
Tyturus est auctor, qui pascua dixit, & arua.
For. Forsitan id verum, quando extra tempora, & vltra
Mensuram, atque modum subito concreuerit aestu:
Nunc autem id poscit tempus. Nam liquitur altis
Nix hyberna iugis, implent caua flumina montes.
Se exonerant, fluuiosq; onerant, sic flumina rursum,
Se exonerant pelagusq; onerant, hominum quoq; mos est,
Quae nos cunq; premunt, alieno imponere tergo.

Cur tam serus ades? In hac Ecloga damnabitur amoris insania, qua Amyntam pastorē deperisse memorabit Fortunatus, Non enim

Amyntas.

enim nomini cõgrueret, vt Fortunatus amores experiretur amaros Amyntas a Marone inducitur pastor æmulus, vnde dicit: inuidit stultus Amyntas. Amyticos autẽ dicitur vindicatiuus Talis autem, proximus est ad furorem & insaniam, quum cœptis desistere cogitur. Vtrum deduci videtur ab ΑΜΥΝΟΜΑΙ, quod est vlciscor, punio, repugno, Principium colloquutionis est de inundatione Padi, quam Faustus accusat, quo minus affuerit illis dieb. cum pecore. Cur tam serus, id est, tardus, sed verunq; sic accipio, vt ad tempus referatur. Virgilius. Tardi venere subulci. Nam lentus, piger, oscitans etiam mane venire possit, serus autem vespere duntaxat etiam si celer, & præceps. Serus.

Iam septima lux, septimus dies. Prima tamen lux, & primus dies differũt authore Valla. Nã prima luce facio quod in prima die: primo die quod toto ipso die quiprimus est. Gregibus ne nocent. Quasi dicat, minime: quum ager Mãtuanus sit optimus. Vnde Maro. Et qualem infœlix amisit Mantua campum. Padus fluuius est maximus Italię, in quem iuxta Mantuã influit Mincius, vnde de vtroq; dicit Maro, in Tytiro: Hic inter flumina nota. Et fontes Sacros, frigus captabis opacum. Nostros ergo agros, id est, Mantuanos. Nos cura gregis obmissa, aut omissa, vulgares Horatium sequuti,

deposito,

depoſito. b. dicimus omiſſa, & omiſi, prima breui. Nocturniſq; operis, i. operationibus aut operarijs. Nam vtrunque ſignificat hæc opera.

Fert Padus exundans mala ſæpius omnia, id eſt, portẽta, aut indicia futuræ calamitatis. Omnia Noſter. i. noſtras aut compatriota noſter. Tirius, id eſt Maro: qui in primo Bucolicorum per Tityrum intelligitur. Eſt auctor in fine primi Georgicorum, poſt cædem Cæſaris quã tot mala ſequuta ſunt, quia fluuiorum rex Eridanus, campoſque per omnes. Cũ ſtabulis armenta tulit. Idem enim eſt Padus, & Eridanus ab Eridano, ſeu Phaëtonte, filio Solis, qui in eo ſubmerſus dicitur, denominatus. Idem dicit Horatius. i. Carminum de Tiberi. Vidimꝰ flauũ Tiberim retortis Littore Hetruſco violenter vndis. Ire deiectum monumenta regis, Templaq; Veſtę. Qui paſcua cicit, & arua, id eſt, Bucolica, & Georgica. Prudenter Æneida tacet, vt cuius lectio ad ruſticum non ſpectat: Horatius autem in ſermonibus reticet, quia tunc nondum erat emiſſa. Forſitan. Bene forſitan, ne potentis fidem priſcorum edere cẽſeatur: quę vero intempeſtiuè fiunt, nihil portendere videntur prẽter ſe. Nam liquitur, id eſt liquelcit & defluit. Virgilius Georgicorũ primo. Vere nouo gelidus canis quum monti Noſter. Eridanus

Liquitur.

bus humor liquitur. Montes nominatiuus est quia montes implét caua flumina, id est alueos fluminum. Se exonerant, videlicet montes & onerant flumina, flumina rursus onus suum in mare demittunt. Nam omnia flumina intrant mare, & mare non redundat, Vnde rnsticè dixit. Pelagusq; onerant. Quæ noscunque Timesis, id est, incisio est, pro quocunque nos. Dicitur autem Tmesis, non Timesis. A lieno imponere tergo Vnde de Pharisæis saluator Matthæi, vigesimo tertio, Alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.

For. Se liam contractum reuocat suus alueus amnem.
Fausti. Decrescente Pado, dictu mirabile, noster.
Fortunate lacus maioribus æstuat vndis.
Vrbs natat, obscura fiunt cellaria fossa.
Intre cados adeunt, labens ad vina minister
Ridet, & ex imis fertur grauis obba lacunis.
Multa, licet nati fuerint melioribus horis
Mul a & magna ferunt aliquando incommoda ciues.
For. Commoditas omnu sua fert incommoda secum,
Et sorti apendix est illatabilis omni.
Fausti, Hactenus Eridanus; nostros repetamus amores.

Quandoqui-

Quandoquidem nunc alma Venus mouet omnia cælum,
Luce tepet nitida, tellus viret, arua volucres
Cantibus exhilarant vernus, nunc omnia fœtant.
For. Tu tua lusisti, sed nos aliena sequamur.
Namq; tibi noti referam pastoris amores,
Vt doceam Veneris nihil esse potentius igne,
Pauper & infesto sub sidere natus Amyntas,
Sex vitulos, totidemq; pares ætate iuuencas,
Armentiq; patrem ducem in pascua taurum,
Venerat ad Coitum, nitida vbi Mincius vnda
Aluit herbosos fugiens perniciter agros.
Arx nouæ propter aquas pinnatis ardua muris
Est Coitus, campo moles fundata palustri,
Hic igitur recubans, vitrei prope fluminis vndam,
Vitis vbi amplectens longis dumeta lacertis,
In vada curuata ripa supremines vmbra.
Piscibus insidias tendebat arundine, & hamo.
Messis erat, solis rapidi violentia adustos.
Prosciderat campos, finem philomela canendi
Fecerat, & neque lux passim morientibus herbis,
Pascere oues poterat, neque nox humore cicadas,
Dumq; incumbit aquis, studioq; intendit inani,
Taurus (vt auditum est) primum vexatus ab æstro,
Mox cæsus, demum furace à milite syluis
Abditus, ex toto confestim euanuit agro.

Sed iam contractum) Non interrogatiuè, sed indicatiuè legãtur. Suus alueus) id est, proprius, aut debitus, aut hypallage, id est summa amnẽ. Decrescẽte pado, dictu .. vt dicatur vel dũ dicatur, mirabile. Noster lacus vici-

nus vrbi nostræ Mantuæ, scilicet Benac⁹. Mincius enim ex Benaco fluit. Lintre, id est scapha, aut alia nouicula. Grauis obba, id est lagena. Persius sessilem vocat, eo quod lato fundo quasi sedeat, dicens Satyra quinta. Exhalet vapida læsum pice sessilis obba. Meliorib⁹ horis. Vnde Iuuenalis. Distat enim quæ sydera te excipiant, modo primos incipientem. Edere vagitus & adhuc á matre rubentem. Sed in Ethnicis quam Christianis consonantius. Verùm si non trahimur, aut compellimur inniti ducimur tamen zelo, & incitamur. Appendix illætabilis, quia in hoc mundo non sunt solida, nec plena gaudia, quæ nihil habeãt amoris. Nã extremũ gaudij luct⁹ occupat. Appẽdix dicitur q⁹ appenditur. Illetabilis. De qua non est lætandum. Sic Aeneidos quarto: Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora. Multa sunt prouerbialiter dicta, notatuq; digna. Boetius dicit se didicisse, in foribus Iouis esse duo dolia, alterum boni, alterum mali, nemi-nemq; nasci, qui non aliquando ex vtroque bibat, Hactenus Eridanus scilicet dictus est, i. inundatio. Padi. Nostros repetamus amores. Quando quidem nunc, scilicet in vere, præcipuè dum nix liquitur. Tunc enim Veneri potissima datur opera, Vnde Vernæ dicti quod fere verno tempore gignuntur, Alma, quia diua creatrix,

Mincius Lynter Obba.

Appendix

Alma.

diua creatrix, ab alendo dicta Nam propagatione conseruat genus nostrum, arua volucres Ma. Hinc volucrum concentus in aruis. Exhilarant, hilaros, Græcæ, vnde hilarum Terentius dixit facit hilaro, verbum quod est, hilarem & lætum facio. Nunc omnia fœtant i. fœtus producunt. Tu tua lusisti. i. tuos amores feliciter cecinisti. Est enim ludere, res non graues canere. Vnde Virgilius in Bucolicis. Et ipsũ ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Et Ouid. ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum. Ingenio perij Naso poëta meo. Ita Mar. In Culice. Lusim⁹ octaui gracili modulante Thalia. Atque vt araneoli tenuem formauim⁹ orsum. Sed nos aliena sequamur. Nõ enim Fortunato vt dixi, infortunia amorum congruunt. Ea enim dicturus est. Veneris nihil esse potentius igne, Maro. Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Et ideo tempore, quo amant beluæ, dicit Geor 3.

Tempore non alio catulorum oblita leæna,
Seuior errauit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi stragemque dedere
Per siluas tum sæuus aper tum pessima tigris.
Heu male tum libre solis erratur in oris,

Et in festo lub sidere, id est, molesto, & inferenti, quasi vim, quod plus est, quam si, infausto, legendum sit, Ad coitum, id est, ad arcem

Coitus. Perniciter. Arx.

sic dictum, quod esset ad fluentem Padi, & Mincij ex Benaco, vt dixi, nascentis. Perniciter, velociter. Arx noua, castellũ notat. Propter aquas i. iuxta: Virgilius Georgicorum tertio: Et viridi in campo templum de marmore ponam. Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat Mincius, & tenera prætexit arũdine ripas. Est enim sic vtilior nauigantibus aduerso pręsertim flumine. Sed quęram quum ille in laudem Mincij vibit, tardis flexibus, cur hic dicat, fugiens perniciter. Sed dicemus id ad inundationem pertinere, qua flumina tarda aliàs pernicia fiunt. Longis lacertis, id est, brachijs, qui a labruscæ non putantur, nec resecantur. Arundine, & hamo, id est, humata arundine, id est virga tenui. Sciderat, mutauit, fecitqúe. Prosciderat campos, finem philomela, & cæt. Nam scindo scidi priorem corripit. Æneid. 3. Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque, & vrbes. Vbi Seruius tamen videtur sentire, debere produci: Nam metri, inquit, causa syllabam corripuit. Verùm non legitur correpta, quum cõtra sæpè reperiatur. Hora. i. Carmi. Nequicquam Deus abscidit. &c. Posset fortè legi. Soluerat, aut quid simile. Neque lux, id est diurnum tempus. Neq; nox humore. i. ro-

Scidi.

re. i. rore. Virg. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. Studioq; intenuit inani piscandi hamo, vnde parum vtilitatis consequitur, præsertim prętermissa, custodia armẽtorum. Ab œstro. Vespę genus est, sic Græcè a sono dictum Mox, id est, paulo post vexatus a canibus, demum. i. tandem, aut vltimo. Abditus id est absconditus. A milite, id est, viro belligero humilis conditionis, vnde furaci addit. Non enim militem dicimus equitẽ auratum, sed milesimũ quenq; id est, quemlibet è numero millenario, etiam vilissimum. Vnde milites Romani potissimum pedites vocabant.

Quod puer vt nouit, tumulum conscendit, & alta
Voce bouem clamans, longa rura omnia visu
Prospicit vt frustra niti se comperit arcum
Corripit & pharetram sequiturq; per inuia taurum,
Illum per caulas, & per stabula omnia quarens,
Per colles Benace tuos, per consita olivis
Iugera per virides scis, & vitibus agros.
Venerat ad sublime iugum, quod sulphuris arcem
Sustinet, & longis aperit prospectibus illinc
Benacum, hinc campos longè, lateq; patentes.
Lux ea sacra fuit Petro frondente sub vlmo
Mixta erat ex omni pubes post prandia vico,
Ducebatq; leues buxo resonante choreas:
Faust. Rustica gens, nulla genus arte domabile, semper
Irri quietum animal, gaudet sudore peracto,

eum M

Mane sacra festa (quando omnibus) otia luce
Ipsa otiac famis impatiens epulatur, & implet
Ingluuiem, audito properat tibicine ad vlmum,
Hic f[illegible]rit, hic saltu fertur bouis instar ad aras,
Quam castris versare nefas, & vomere terram
Calcibus obduris, & inerti mole fatigat.
Ac ferit ac tota Baccho facit orgia luce.
Vociferans, ridens, saliens & pocula siccans.
For. Stulte, quid hac faris? solatia rustica damnas
Rusticus ipse tuis malus es tibi pessimus ipsi?
Faust. Dicta ioco fuerint nostrum repetamus Amyntam.

Prospicio. Quod puer Prosequitur historiã, aut argumentũ cœptũ. Prospicit, porro aspicit Aeneidos primo, nauẽ in cõspectu nullã tres littore ceruos prospicit erranteis Vt, id est, postquã. Per caulas & per stabula omnia quærens per colleis Benace tuos. Non longè ergo distat, ita vt de eo intelligi posset, quod dixit, noster lac⁹, &c. Sulfuris arcem, a sulfure denominatam. Benacum, qui vt Latius ex alpibus augetur. Sacra fuit Petro ad vincula, vt videtur Kalendis Augusti. Buxo, id est, fistula ex buxo Maro. Tympana vox buxusque vocat Berecynthia. Ipsa oti ac. Sic Maro in fine Georgicorum. Ignobilis oti, pro otij dixit. Nam vt hic otij scribas, versus non patitur. Bouis instar, id est, in morem, quod Valla, vt dixi, improbat. Quã rastris, scilicet in cœmiterio aut alio loco sacro, aut area publica. Facit

Orgia

Orgia Baccho, id est, celebrat Bacchanalia. Orgia autem generaliter dicuntur omnia festa. Calcibus á nominatiuo calces, sic enim scribendum præcipiunt, ellq; incerti generis. Virg. Ferrata calce fatigat, Alibi malè leges inerti mole. I, pondere corporis inertis. Tibi pessimus ipsi, confessus enim fuerat tuos amores, vnde posset in eum dici illud Horatianum: Quam temerè in nosmet legem sancimus iniquam?

For. Continuit gressum, baculo q; innixus acerno,
Intermisit iter donec mitesceret æstus.
Ah puer infœlix, æstus te maior in vmbra,
Corripiet, nudam videas ne in fonte Dianam,
Claude oculos, blandis ne des Syrennibus aurem,
Sors tua Narcisso simlis. Narcissus in vndis
Dum sedare sitim properat, sitit amplius at tu
Exterior m æstum fugiens intrinsecus ardes,
Quam melius fuerat (nisi te sic fata tulissent)
Ad reliquum redijsse pecus, seruasse iuuencas.
Amissi bouis æquo animo dispendia ferre,
Quam dum conaru nil perdere, perdere teipsum?
Faust. Sed post iacturā quis non sapit? vtile non est
Consilium post facta dare, quod oportuit ante
Consilium post facta, imber post tempora frugum.

Continuit gressum, reliqua persequitur. Baculo acerno ex acer arbore. Acer enim prima breui huius aceris secundum Prisicianum, fecit: Vnde acernus, a, ũ. Intermisit iter, quod habuit ad inquirendum taurum. Ah puer infœlix

Actæon.

Syrenes.

fœlix. Acclamatio Fortunati. Sic illic: Ah virgo infœlix, quę te dementia cœpit? Nudam videas ne in fonte Dianam. Claude oculos, id est, auerte oculos tuos, ne videas vanitatem. Sed ad fabulam alludit. Actæon enim quia Dianam imprudens nudam vidit, à canibus discerptus est. Blandis neu des Syrennib⁹ aurem. Nam Syrenes, vt aiunt surdo aure transire oportet, vt inquit diues Hieronymus. Fuerunt autem, auctore Seruio in fine tertij Aeneidos, tres in parte virgines, & in parte volucres. Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filię. Harum vna voce, altera tibijs, tertia lyra canebat. Et primo iuxta Pelorum in Capreis insulis habitauerunt, quæ electos suo cantu, in naufragia deducebant Secundum veritatem, meretrices fuerunt quæ transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia. Has Vlisses contemnendo deduxit ad mortem. Hæc ille Harum nomina dicuntur Parthenope, aqua, quæ nunc Neapolis, id est, noua vrbs dicitur, olim fuit denominata Leucosia & Lygia. Dicuntur autē ab eo, quod est, ΣΕΙΝ quod significat connectere, & retinere, & aspiratio cōuertitur in S. Harum cantum ad Vlissem transtulit Cicero in carmine, cuius principium est. O Deus argolicum, quin puppim flectis Vlisses &c.

Sola

Sors tua Narcisso similis. Is enim secundum Ouid Metamor quarto, cum superbia formę clarus, cæteros contemneret amore sui in fōte visi exarsit, & cum sui compos esse non posset, in margine languens tandem in sui nominis florē cōuerti meruit. Dū sedare sitim properat, in fonte videlicet. Sitit amplius amore sui illic visi. Intrinsecus ardes, æstu amoris. Quam melius, id est, quanto. Sic Virg. in septimo. Tam magis illa tremens, & tristibus esse raflammis. Quam magis, &c. Nisi te sic fata tulissent. Imputat fatis, sed tamen immerito, vt legitur apud Aulum Gellium. lib sexto ca. secundo.

Hei mihi, quid dānant mortales numina cœli
Esse aiunt etenim per nos mala, quū tamē ip-
Vecordi præter fatū sint, mēte dolores, (sis.

Multi ergo fatis imputant, Iuuenal. Hunc ego fatis imputo. Et alibi. Fata regunt homines. Et Manlius libro tertio. Fata quoque, & vitas hominum suspendit ab astris. Sic fœlix aut triste venit per singula fatum. Verum fatum variè accipi solet: vtcunque tamen accipiatur. Dicemus non imponere arbitrio nostro necessitatem, etiam si fata viam inueniūt Consilium post facta est, inquit, imber post tempora frugum, bene ad suum institutū conuertit, ne non rusticus putetur, Vt autem Maro inquit. *Dulce satis hūmor.* Fatum.

For. Vna puellares inter pulcherrima turmas
Virgo erat, alba comas, alijs procerior, annos
Nata quaterquinos, vel circiter ore nitenti,
Vrbanis certare potens, & vincere nymphis,
Aureolis radians guttis ad tempora lymbus
Ibat & ad pectus clausum velamen aheno
Clauiculo, mediam fulgenti sibula ferro
Stringit in angustam, nona candicat instita lapsum
Linea rugoso, pedibusq; allabitur imis.
Hanc puer vt vidit, perijt flammasq; tuendo
Hausit, & in pectus cæcos absorbuit ignes.
Ignes, qui nec aquis perimi potuere, nec imbri
Diminui, neque graminibus, magisque susurris.
Oblitusq; greges, & damna domestica, totus
Vritur, & noctes in luctum expendit amaras,
Sæpe grauescentem verbis compescere flammam
Nixu, & insanum iuuenis cohibere furorem:
Dicebam, miserande, puer quis te Deus istas
Misit in ambages? sed non Deus, imò Satanum
Pessimus, ex illis, quos noctibus atque diebus.
Ter tribus in ternas fama est ex æthere lapsos

Vna puellares, Non attendens ad interlocutionem Faustinam, pergit fortunatus, describens puellam, cuius amore exarsit. Nata quater quinos. i. viginti, quæ ætas rusticis vxorem ad laborem expetentibus grata, cum vrbana iunior placeat: vt in Eunucho. Anni quot? sedecim flos ipse. &c. Vrbanis nymphis. i. sponsis, aut puellis pro nymphis habendis. Est autem datiuus, more Virgiliano Montib⁹

in nostris

in nostris solus tibi certat Amyntas .i. tecum: & cum nymphis, sed durius additur, & vincere quum sequatur nymphis, Nam subaudire oportet eas. Aureolus .i. parum aures, sicut a luteo luteolum deduxit Maro. Limbus .i. venis oblonga. Aheno .i. aureo clauiculo .id est sphintre. Fulgenti ferro, ex vsu aut artificio, aut ex eo quod album ferrum vocant. Stringit in angustum, vt gracilior habeatur. Nam si qua est habitior, paulo pugilem esse aiunt. Noua instita linea .i. fascia annexa stolę. Sūt autem duo epitera, quę Latina lingua refugit nisi diuisum cōstruantur, sed tamen hæc tolerantur, quia perinde est ac si dicat. Instita noua ex lino, quę rustice conuerit. Nam instita lanea, & serica stolæ matronali congruit. Al labitur imis pedibus .i. ad mos pedes defluit. Horatius Sermonum primo. Nil medium est, sunt qui nolint tetigisse nisi illas. Quarū subsura talos tegat instita veste, est autem instita tenuissima fasciola, quæ Prætexta dicitur, vt inquit Acron ad dictum Locum lapsu rugoso .i. in plicas contracto. Hanc puer vt vidit, perijt Maro. vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. Flammasq; tuendo, id est, inspiciendo: hic actiuè accipitur. Ignes, Ignes bona & artificiosa repetitio, qui nec aquis &c. Vnde æditus apud Gellium libro decimo nono capite

Aureolis. Imbus. Aheno.

capite nono.

Quid faculam prefer phylyros, qui nil opus nobis,
Ibimus, hic lucet pectore flamma satis.
Istam non potis est vis saua extinguere venti,
Aut imber cæ'o candidus præcipitans.
At contra hunc ignem veneris, nisi si Venus ipsa,
Nulla est quæ posset vis alia opprimere. &c.

Neque graminibus. Id conqueritur Apollo apud Nasonem. Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis Magisciuè susurris, id est incantationibus, quæ obscurè remordente cõ scientia proferuntur. Quis te Deus ex veteri consuetudine interrogandi. Nam hodie, cum vnum credimus Deum, inepta esset, nisi abusiue, vt dixi ex poetico more inferos dicamus deos, & amorem, aut virtutes & vitia. In istas ambages, id est inextricabiles errores. Sed nos deus. Corrigit ergo quod dixerat Deus Imo, inquit Satanum pessimus a nominatiuo Satã huius satanas, sicut Titan Titanos. Pæan. Pæanos. Peccant ergo qui etiam Satanas Satanæ media breui proferunt. Ter tribus, id est, nouẽ noctibus, & totidem diebus ex nouem choris angelorum.

Susurra.

Dic age, si nosti, quenquam reminiscere si quem
Videris hoc pacto dite scere, surgere in altum,
Dilatare domum, maioribus horrea acervis
Complere, his studijs extendere latius agros,
Multiplicare greges, acquirere pascua bobus.

Inter

Inter tot populos, quot habet latissima tellus.
Sunt qui nostra ferant mensis epulanda cruentis
Corpora, & humanos absumunt dentibus artus.
Sunt, inquam, quot tanta malis tot vexat Erinnys,
Sed nullum est tam immane genus tã barbara nusquam
Gens quæ fœmineos non execratur amores.
Hinc veniunt rixæ, veniunt & iurgia, & arma,
Sæpe etiam dira multo cum sanguine mortes,
Hinc quoque delet is eversa manibus vrbes.
Ipsa etiam leges, rubrisque volumina loris.
Clausa vetant scelus hoc, & detestantur amores,
Vt leges audiuit, ad hæc respondet Amyntas
(Cuius enim fuerat puer, & versatur in vrbe)
His monitis prudens, & circumspectus haberi
Niteris, & sensu tetricos anteire Catones.
Error hic, hæc passim sapiens dementia regnat.
Ipse sibi blanditur homo, solersq; putari
Vult animal, tamen incautus sibi multa tetendit
Retia, & in foueam cecidit, quem fecerat ante.
Liber erat seruile iugum, sibi condidit ipsi
Pondus, id est, legum (vide ipse volumina) quas nec
Antiqui potuere patres, nec possumus ipsi.
Nec seruare etas poterit ventura nepotum.
Aspice quam stulta est hominum prudentia: cælum
Sperat, & esse sibi sedem inter sydera credit
Forsitan in volucrem moriens transibit, & altum

Spiritus

Spiritus assumptis trahabit ad æthera pennis.
Tunc ego, quid latras legum deus auctor & ipsis.
Non parere sapit magnam nimis impietatem,
Faust. Grandia in magnis hæc sunt certamina rebus
For. Quid fuerim rerum, quamvis pannosus & asper
Sim modo, tunc animo, tunc vi, tunc ore valebam,
Nec mihi sese alius poterat componere pastor.
Faust. Nunc quoq; si rectus vultu gradiare supino
Alter eris Marius, raso ore videbere Carbo.
For. Talia respondit sic obiurgatas Amyntas
Pacto homini deus invidit concessa voluptas.
Visa bonum nimis excellens, & vota repressit.
Legibus inventis, vt equi legat ora capistro,
Ne quocunque libet, flectat vestigia sessor.
Qua mea sit, me cogit amor sententia fari,
Liberaq; ora facit, qui non communicat vsum
Coniugis, invidus est, liuorem excusat honestas,
Introducta vsu longi liuoris iniquo.
Nam dum quisque sibi retinet sua gaudia, nec vult,
Publica communis mos ac longeus honestas
Factus & hunc morem fecit dementia legem.
Invida res amor est, res invidiosa voluptas.
Tunc ego non audens hominem contendere contra
Amplius, insano rediens ab amante recessi.
Faust. Cernis, vt hic malus affectus, sic lumina mentis
Claudat in errores, vt sponte feramur apertos?
For. Cernis vt a summo liuentia nubila Baldo
Se agglomerent: oritur grando, ne forte vagantes
Tempestas deprendat oues, discedere tempus.

Dic age: Progreditur in detestationem amorum, quo illum auertat, facitque id quasi satyrice,

satyrice, decens nullũ ex amoribus, emolumẽ tum, nullumque per eos diteſcere. Sunt qui noſtra ferant. Tiranni qui ſanguinem, & ſudorem pauperum abſumunt, aut ad Cyclopas & Læſtrigonas aſpexit, aut ad Ægyptios a Iuuenale damnatos, ſed verius ad auaros, qui quicquid pauperes ſudore pariunt, deuorant. Euerſæ vrbes, vt Troia, & alia (vt Horat. primo Sermonum) ſentit multa.

Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa, ſed ignotis perierunt mortibus illi
Quos venerem incertam rapientes more ferarum,
Viribus editior cadebat, vt in grege taurus.

Tetricos ſeueros & rigidos, a tetricis montibus aſperis. Anteire, colliſio eſt, ſicut in deinde, proinde, decſſe, fieri ſolet. Catones duo nominatiui ſunt ſeueriſſimi, maior ille Cenſorius, & minor Vticenſis. Ipſæ etiam leges vt lex diuina. Non mœchaberis, lex humana: vt lex Iulia in adulteros. De qua Iuuenalis. Lex Iulia dormis, &c. Quas nec antiqui potuere patres, Sic beatus Petrus. Act. 15. Nunc ergo quod tentatis deum imponere iugum ſuper cerulces diſcipulorum, quod neque nos, neq; patres noſtri portare potuimus: Sapiens dementia, bona implicatio, ſicut apud iuue. Socraticos

craticos notissima fossa cinædos, quum, nihil sit magis repugnans, quam Socraticum, & cinædū esse, sed vt in prologo Andriæ dicitur, multi faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligāt. Videtur ergo sibi sapiētes, quū sint demētes iniquam in se ferētes legem: Horatius: quā temere in nosmet legem sancimus iniquam: Quam fecerat ante. Sic Dauid incidit in foueam quam fecit. Forsitan in voluciem. Tanta est amantibus insani, vt etiam quæ fidei sunt, irrideant. Graphice ergo docet, quàm non sit sui compos, quisquis amat. Grandia de magnis: Ne decori personarum in memor videatur poeta. Videatur enim alitior hæc disputatio: quam vt rusticis conueniat, inducit alterum interloquētem, quasi minus habeat fidei, vnde fortunatus more senū, qui se laudāt, & sua tēpora vt Nestor apud Homerum, vnde Flaccus in arte Laudator temporis acti. Se puero: dicit in adolescentia se fuisse præstanti ingenio, & prudentia magno pręditum. Quid fuerim, reris, i. arbitraris. Quamuis pannosus, d est, veste multis panniculis consuta, & crado panno, & aspersim modo, id est pannis amnique oblitus, vt inquit comicus. Nunc quoque

Reris.

Pannosus

sir-ctus

si rectus vultu gradiare lupino. Alter eris Marius. Qui procerus eras, & vt Appianus docet, vultu seuero, qui ex vultus diritate cum nihil loqueretur, satis proferre visus, quam ingentem machinaretur cædem. Papyrius autē Carbo, illa tempestate, qua cum iuniori Gracco conspirabat, adhuc inuenustus, seu imberbis erat Vnde ait, raso ore videbete Carbo, alludens, ni fallor ad Carbonem, quo nihil nigrius. Vt equi ligat ora Capistro sessor. id est, qui insidet equo. Me cogit amor. Non ergo sui iuris aut liberum se fatetur, sed amore coactum. Qui non communicat vsum coniugis, inuidus est: Vult, errore & hęresi Nicolaitarum etiam coniuges debere communes esse, & per inuidiam suam cuique datam, & legem Iuliam in adulteros latam, quæ res quia honesta visa, liuorem excusat honestas. Honestatem autem introduxit longus, sed iniquus inquit vsus, quæ omnia sunt ab insano, & demente amore dicta. Vnde quam vidit, non martiali affectione amauit. Inuidia res amor est, id est, inuidere faciens, quia nec regna pati, nec ferre Venus potest. Carbo

Liuentia subnigra & densa, à liuore, qui est macula plubei coloris, ex compressu facta: Tibullus: Tum succos herbasq; dedi, queis liuor arbiter. Quem facit impressio mutua dente Venus. Et quia talem inuidi contrahunt colorem ideo, liuidi dicuntur, & liuor inuidia Baldo, id est à monte vicino. Est autem futurę Eclogæ parasceue, id est præparatio.

(:)

ECLO-

ECLOGA TERTIA,

de insani amoris exitu, & INFOELICI, INscrypta Amyntas.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Agricola duram sortem miserią furores,
Fortunatus, & exitum deplorat Amyntas

FORTVNATVS, ET FAVSTVS.

ILla hesterna ruens Baldi de vertice grando,
Fortunate, fuit nobis innoxia, diuis
Gratia nostrarum, quibus est custodia frugum.
Sed veluti ex illis veniens ait Herculus oris,
Veronensem agrum, pecudes & ouilia, sic est
Demolita, casas & pastoralia tecta
Sic euertit, vt agricolis spes nulla supersit.
Agricolis etenim pecus est substantia, & arua.
His subiecta malis grandis thesaurus in arca
Cuibus est, quem nulla queat contundere grando,
Nulla pruina, gelu nullum, nulla aeris ira.
Nescio quis ventos, tempestates ą gubernat,
Id scio, sed neą, si scio sat scio, sed tamen ausim
Licere, quid vitane ideo mulctabor in ipsa:
Numina si, vt perhibent, orbem moderantur ab alto,
Æstimo nil duros hominum curare labores,

Aspice, quo tenuem victum sudore paramus
Quot mala pro grege, pro natis, pro conuge pastor
Fert miser: infestis æstate caloribus ardet,
Frigoribus riget hybernis, dormimus ed in brem
Cotibus in duris vel humi contagia mille,
Mille premunt morbi pecudes, discrimina mille
Solicitant, latro insidias intentat ouili,
Atq; lupus, mileſq; lupo ſuracior omni.
Vt manus aſſiduo detrita incalluit vſu.
Squalvit os, barba obriguit, cutis aruit æſtu,
Vna repentino rapit omnia turbine grando
Hoc ſuperi faciunt, quibus inclinamur ad aras,
Et quibus offerimus faculas, & cerea vota.
Neſcio qua pietas, & qua clementia tantis
Cladibus mulcat, paſtores omnium egenas,

Illa heſterna ruens. Facto exeuentu paſtoribus colloquio proſequitur. Fortuuat⁹ infœlices amores Amyntæ. Stvlus. quia paſtoralis, facillimus eſt, quocirca breuiſſimus ero. Illa grando heſterna cuius meminit in fine præcedentis Eclogæ, de vertice, id eſt, ſummitate. Vertex enim dicitur ſummitas à qua vertendum eſt, cùm altius ire nequeas, vt in capite, & monte. Baldus mons eſt Diuis, id eſt, ſanctis, Herculis, ruſtici nomen, quaſi bonus bonus cultor, aut agricola, aut retiarius. ΑΡΚΥΣ enim dicitur rete. Demolita eſt, deiecit, proſtrauit calamitatem inferendo. Caſas tuguria paſtoralia, & paſtoralia tecta. agricolis etenim

lis etenim Ordo est etenim substantia, id est, possessio & periculum, & agricolis pecus, & arua. Nullæ aeris iræ, id est, tempestates, qua si ab iraro Ioue, qui & aer dicitur, illatæ. Nescio quis, &c. Rusticè id dicit, sed graphicè. Sunt enim rustici impatientes calamitatis, ita vt in aduerbio sit. Qui sua amittit, & sensus amittit, Vnde & Aeneas amissa coniunge quãquam summs alioqui deorum cultor ait Aeneidos secundo. Quem non incusaui amẽs hominumque deumque? Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe? Et in Bucol. amisso nato Atque deos, atque astra vocat credulia mater. Vita ne ideo multabor in ipsa, id est, amnè ob id viuens puniar? id quoq; de more rusticano. Nam illis durum non videtur, quod differtur malum, vtpote post fata Numina si vt perhibent. Epicurei enim negabant, vnde Maro in Bucol. Nec curare deum credis mortalia quenquam. Lucr. Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Hora. primo Sermo. Credat Iudæus appella. Non ego, namque deos didici securum agere æuum.

Iudæũ vocat appellam, id est, sine pelle pręputij, hoc est circumsisũ. Securumæuũ, id est seorsũ a cura mortaliũ. Vnde Epicurus iactabat se lauasse gen⁹ humanũ duob⁹ sũmè malis Apella.

superstione deorum. Metu quidem, quia dixit vnum esse, spirirus humani, & bellum inceritum, & ita non esse metuenda, quæ post mortem eueniunt, & superstitione, id est, anxia religione, cum dij non curent mortalia, sed vtrunque impium, & scelestum est, omne pietatem, & religionem destruẽs. Extimo, pro existimo. id est censeo & iudico per .x. plurimi scribunt. Aestimo autem, id est, æris pretiũ constituo, & liceor, per æ, & st.

Extimo. Æstimo.

Discrimina miles, Grando.

Discrimina, id est pericula, Milesq; lupo furacior, miles dicitur, quicunque stipendium belli gratia suscipit. Vna grando, Vna calamitas, quæ dicta est, quod calamos .i. culmos segetum terit, est autẽ in sermone multiplex pathos. Quibus inclinamur adorando, & sacrificando, nutu. Sic Hiarbas. Aene. 4. Dicitur ante aras media inter numina diuûm. Multa Iouem manibus supplex orâsse supinis. Et infra nos munera templis. Quippe tuis ferimus famamq́ue fouemus inanem. Incalluit, id est, callum, hoc est, tumorem, & duritiem induit: pastores omnium egenos. Aeneid. primo. Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos.

Faust. Fortunate, scelus nobis hæc omnia nostram
Ingerit, æthereí sententia iudicis æqua est.
For. Quod scelus? an fuimus Christi vita insidiati?

Faust.

Faust. Iurgia, furta, iræ: Venus, & mendacia, rixæ.
For. Quid meruere boni? nec enim scelus obruit omnes,
Et tamen una omnes pariter pessundat Erynnis.
Faust. Heu nescis. male de superis sentire nefandum:
Hic igitur, quæ scire nefas, nescire necesse est.
Posthabitis, curas iterum repetamus Amyntæ,
Quas sumus experti, quas ignorare negatum est.
Res vulgaris amor, studium commune iuuentæ.
For. Mœror, & affectus alij de cardine mentem
Sæpe leuant: animo sermo venit æger ab ægro:
Faust. Intellecta licet pro re, pro tempore fari,
(Sic habitus Cosmas sapiens) incognita nunquam:
For. Fauste sapis: notos igitur repetamus amores,
Restat Amynteos postremum in fata furores
Dicere, & in misero lachrymas impendere casu.

Fortunate, &c. Ne approbanda videatur sententia Fortunati, castigat eum Faustus, dicens illud notum verbum. Omnia mala quę patimur, peccata, nostra meruere. Aetherei sententia iudicis æqua. Augustinus enim docet occulta quidem esse interdum diuina cõsilia, sed tamen nunquam iniusta. Hoc Maro Aeneid. 6. Aut æquus amauit Iupiter, &. 10. Aeneid. Rex Iupiter omnibus idem. Quod scelus graphicè exprimit rusticorum opinionem, qui se insontes putant, dum capitalibus criminibus vacant. Respondet autem Faustus Quæris quod scelus? iurgia id est, contentiones quę frequentes inter rusticos sunt, vnde pro magno bono duxit Maro septem: dicens:

Hinc

superstione deorum. Metu quidem, quia dixit vnum esse, spiritus humani, & bellum interitum, & ita non esse metuenda, quæ post mortem eueniunt. & superstitione, id est, anxia religione, cum dij non curent mortalia, sed vtrunque impium, & scelestum est, omne pietatem, & religionem destruēs. Extimo, pro existimo. id est censeo & iudico per .x. plurimi scribunt. Aestimo autem, id est, æris pretiū constituo, & liceor, per æ, & st.

Extimo.
Æstimo.

Discrimina, id est pericula, Milesq; lepo fuacior, miles dicitur, quicunque stipendium belli gratia suscipit. Vna grando, Vna calamitas, quæ dicta est, quod calamos .i. culmos segetum terit, est autē in sermone multiplex pathos. Quibus inclinamur adorando. & sacrificando, nutu. Sic Hiarbas. Aene. 4. Dicitur ante aras media inter numina diuûm. Multa Iouem manibus supplex orâsse supinis. Et infra nos munera templis. Quippe tuis ferimus famamq́ue fouemus inanem. Incalluit, id est, callum, hoc est, rumorem, & duritiem induit: pastores omnium egenos. Aeneid. primo. Omnibus exhaustos iām casibus, omnium egenos.

Discrimina miles, Grando.

Faust. Fortunate, scelus nobis hæc omina nostram
Ingerit, atheri sententia indicis æqua est.
For. Quod scelus an fuimus Christi vita insidiatis?

Faust.

Fauſt. Iurgia, furta, ira Venus, & mendacia, rixæ.
For. Quid meruere boni? nec enim ſcelus obruit omnes,
Et tamen vna omnes pariter peſſundat Erynnis.
Fauſt. Ilicet neſcis. male de ſuperis ſentire nefandum:
His igitur, quæ ſcire nefas, neſcire neceſſe eſt.
Poſthabitis, curas iterum repetamus Amynta,
Quas ſumus experti, quas ignorare negatum eſt.
Res vulgaris amor, ſtudium commune iuuentæ.
For. Mœror, & affectus alij de cardine mentem
Sæpe leuant: animo ſermo venit æger ab ægro:
Fauſt. Intellecta licet pro re, pro tempore fari,
(Sic habitus Coſmas ſapiens) incognita nunquam:
For. Fauſte ſapis: notos igitur repetamus amores,
Reſtat Amynteos poſtremo in fata furores
Dicere, & in miſero lachrymas impendere caſu.

Fortunate, &c. Ne approbanda videatur ſententia Fortunati, caſtigat eum Fauſtus, dicens illud notum verbum. Omnia mala quę patimur, peccata, noſtra meruere. Aetherei ſententia iudicis æqua. Auguſtinus enim docet occulta quidem eſſe interdum diuina cõſilia, ſed tamen nunquam iniuſta. Hoc Maro Aeneid. 6. Aut æquus amauit Iupiter, &. 10. Aeneid. Rex Iupiter omnibus idem. Quod ſcelus graphicè exprimit ruſticorum opinionem, qui ſe inſontes putant, dum capitalibus criminibus vacant. Reſpondet autem Fauſtus Quæris quod ſcelus? Iurgia id eſt, contentiones quę frequentes inter ruſticos ſunt, vnde pro magno bono duxit Maro ſeptem: dicens:

Hinc

Hinc tibi quę semper vicina ab limite sepes. &c. Venus id est luxuria carnis. Quid mereRe boni? Non respondet ad hoc Faustus, aut
Posthabitis. Quas. qua festinat narrationem exitus amorum Armyntę, aut quia non decuit rusticum, quæ Theologorum sunt, enodare. Vnde dicit nefas esse de factis dei inquirere. Satis enim esse debet, quia deus id vult qui nihil iniustum vel le potest. Ideoq; vbi diuina est pręceptio, nulla debet esse percunctatio, vt Abraham nobis pręclarè ostendit, dicente diuo Augustino. Nam filium non dubitauit mactare, in quo tamen propaginis promissionem acceperat. At si queras, cur boni cum malis puniantur, dicetur tantum temporaliter puniri bonos, vt plus mereantur, malos autem ad vindictam. Et ita pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, mors autem peccatorum pessuma. Nescire necesse est Altiora te ne quæsieris. Mitte arcana dei. &c. Posthabitis id est, ptermissis, aut minoris habitis, vt: Posthabui tamen illorum mea seria ludo &c. posthabita coluisse Samo. Quas id est, cuiusmodi sumus experti, quia hoc commune malum, semel insaniuimus omnes. Mœror & affectus alij. i. affectiones & passiones & perturbationes, de
Cardine. cardine, id est, de stabilitate. Sæpe leuant, id est, a-

est, amouent. Animo sermo venit æger ab ægro, quia ex abundãtia cordis os loquitur. Vnde Flaccus in arte. Format enim natura prius nos intus ad omnem fortunatum habitum, iuuat, aut impellit ad iram, aut ad humũ mœrore graui deducit, & angit: post effert animi motus interprete lingua. Sic habitus Cosmas sapiens: Cosmas (vt opinor) Medices Florentinus ille ditissimus & memoratissimus, pater Laurentij. & auus Petri medicis hic intelligitur. In postrema. id est, in vltima, fata, id est, mortem vsque impendere, id est, impertiri in misero casu, id est, in fœlici exitu. Cosmas. Medices.

Prateriens illac paruo post tempore rursum
Insanire hominem video, & miseratus amantem,
O iterum, dixi, mens inconsulta, veneno,
Ebria fatal, populo iam fabula factus,
Non resipiscis adhuc? & adhuc in amore sepultus,
Te rapis atq; tuos, pecus, atque mapalia tecum,
Vt quondam moriens rapuit secum omnia Sampson,
Quum senio curuatus eris, si fortè senectam
Fata tibi dederint, quis sustentabit inertem,
Somnolentum, inopem, cum iam defecerit omne
Robur, & ingenium, sensusq; receſſerit omnis?
Hæc tibi cuncta ferat, nisi mors prauenerit, ætas.
Esto domi, vigila, obserua super omnia semper.
Prospice, quo tendas, & quo venisse volendum est,
Ire cane, discerne vias, hominemq; memento,
Non ad delicias, non ad muliebria natum.
Blandimenta, leni tam perniciosa inuenta.

Ipse

Ipse ego, cui pecudes, cui lac, cui caseus ægrè
Vitam ago, tanta agros omneis inuasit egestas,
Tot duri rerum euentus, incommoda passim,
Tanta, tot aduersis totus conuoluitur orbis.

Prætereiens illac. Principium narrationis. Illac id est per locum illum, vbi dixi Amyntã amore languẽtem iacere. Paruo post tempore. Sic Maro: Respexit tamen, & multo post tẽpore venit. Vnde post, & antè gratia excellus ablatiuum regunt cum suo, si volumus, casu, vt pòst dictam diem paruo tempore Sine autem casuali, videntur aduerbia, vt postea & antea, O iterum bonus est versus, quia in principio carminis monosyllaba vocalia non abijciuntur: vt: ô vtinam, ô ego neque corripiũtur, sicut interdũ in medio: vt in Buc. Te Coridon ô Alexi trahit sua quemq; voluptas. Mens inconsulta, id est, imprudens, cui nihil est consilij aut pensi. Capitur enim inconsultus passiuè pro eo cui non est datum consiliũ, vt Aeneid 3. Inconsulti abeunt, sedemque odêre Sibyllæ. Et tamen consulti videntur, qui consilium dent, sed reuera, qui consuluntur sæpe, id est, à quibus prudentibus consiliũ petitur. Vndè non solùm iurisconsultus, sed etiam iureconsultus dicitur, quasi in iure. aut de iure: Veneno ebrio fatali, id est, amore ad fata, id est ad mortem ducente. Est enim amor

Post & ante

venenum

veuenum, quia per venas it: vnde: Vulnus alit Venis nec tamen raro imputandum, sed nobis, vnde D. Augustus. Super illud: Ego dixi, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi, ait: Ego peccaui non fatum non fortuna de hoc tamen plura iam diximus. Populo iã fabula, id est argumentum fabulandi, non tamen dicit, iam fabula facta, quia ordo est, factus iam populo fabula. Resipiscis id est, iterũ sapis, & ad sapientiam redis. Pecus atque mapalia, id est, casas & caulas. Dicuntur etiam sic à Virgilio, vt raris habitata mapalia vllis, & magalia. sed prima longa: vt Aeneidos 1. Miratur molem Aeneas magalia quondam, Rapuit secum omnia Sampson, vt Iudi. 16. latè describitur, nota est historia. Senectam fata tibi dederint. Qui enim, vt Seneca dicit, ad extremum fati peruenerit, senex morietur. Posuerunt antiqui multiplicem mortẽ, vt fatalem quæ quatuor curſ° Saturninos explebat, id est centum viginti annos, vltra quos, fata, id est, deorum constituta, negant posse viuere. Et naturalem quæ tres explebat, id est. 90. Annos. Tunc enim natura deficit, dicturq; mors merita, id est pro merito in remedium tot malorum quæ sequuntur, concessa, Et fortuitam ac violentam, quæ etiam in primo curſu contingere possunt, quas omnes tangit Maro Aeneidos

neidos quarto, ad finem.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore.

Hæc tibi cuncta ferent. vnde Flaccus in arte: Multa ferunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt. De incommoda senectę, vide Iuuenalis Satyram 10. in qua dicit: Sed quam continuis, & quantis longa senectus plena malis: Prospice quo tendas, id est ad quem statum. Persius. Est aliquid quo tendis? Et quo, id est ad quem statum. Ordo est, & caue ire eò, quo venisse dolendū est. Esto domi, aut simpliciter dicit, aut quod Persius. Tecum habita, & notis quam sit tibi curta supellex Leui, i. facili & inconstanti. Te duri rerum euētus. Licet vt Valla docet, in plurialī frequentius dicatur euentā genere neutro, tamen etiam euentus legimus, vt Æneid. 6. Cecosq; volutat euentus.

Accipe rem non auditam, non tempore factam
Præterito, sed quam lux hac mihi protulit ipsi,
Vt mos, autumno pecudes crescente totondi,
Manè foro expositus lana venalia pondo
Sexaginta, hodie grande æs constare putabam,
Vix vitam gregis eduxi, vix pabula possum
Mercari hybernis nimbis, quo cætera pacto
Sit victura domus, nondum mihi constat Amynta:
Quis quis amat, damna munuscula mittat oportet.
Tu verò cui vix tectum fortuna reliquit,
Sub quo luce habitat, sub quo pernoctat ægestas, Quid

Quid poterit cupida gratum donare puellæ?
Mittere mala decem satis esse solebat amanti.
Purpurei flores & raptus ab arbore nidus,
Gramen odoriferum, memini quo tempore magæ
Credebantur opes: vetitum est agramine aurum.
Regio res amor est hac tempestate, recessit
Mox vetus, & quædam mala ex inoleuit amandi.

Accipe rem non auditam. Continuat sermonem, quem, ad Amyntam habuit, in quo quod Amyntæ dicit, omnibus dicit qui similicapti sunt morbo. Recitat erga argumentum pro re excogitatum. Non auditam, quia falsa sunt sæpe audita. Vnde Plautus. Plus valet vnus oculatus testis, quam auriti decem, id est, vnus qui se vidisse dicat, quam decem qui se audiuisse dicant. Autumno totondi, alibi in Maro tondētur. Sexaginta pondo, id est, libras. Mittere mala decem. Virg. in Bucol. Aurea mala decē misi, cras altera mittam. Purpurei flores. Idem tibi lilia plenis. Ecce ferunt nymphæ calathis, & ad Amasij poëtæ vberius dicunt & raptus ab arbore nidus: Idē. Parta meę veneri sunt munera. Namq; notaui. Ipsæ locis aerię quo cōgressere palūbes. Gramē odoriferum. Idem Tum casia atque alijs intexēs suauibus herbis Mollia luteola spargit vaccinia caltha. Credebatur opes, vnde. Qui potuit violas addere, diues erat. A gramine aurum. Ouid Melius nūcomē in auro est. Regia res id est, regalis, quod potius dicerem

sed tamen & morbum regium vocant, qui regalem experit sumptum. Hæc tempestate, hoc tempore turbulento,

Talia suadenti, toruo mihi retulit ore:
Si cupis optatam mihi fortunate salutem,
Da quod amo, nostro hæc vno est medicina dolori.
Cetera quæ memoras, mihi sunt tormenta reuelli
Ex animo furor iste nequit, mea pectora imago
Virginis obsedit mecum est, meum itq; reditq;,
Excubat, & dormit mecum, caput, ossa medullas,
Cor complexa, potest cum sola excedere vita.
At veluti quoties aliena ex arbore secto
Sirculus, inseritur trunco natura duorum
Iungitur, & mixto coalescit corpore virga,
Sic domine dilecta mihi se immersit imago,
Et fecit duo corda vnum, duo texit in vnum.
Pectora sensus inest nobis, & spiritus idem.
O me fœlicem, si cum mea fata vocabunt,
In gremio, dulciq; sinu, niuesq; lacertis
Saltem animo, caput hoc languens, abeunte iaceret,
Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet & tristi fleret mea funera voce.
Siue ad fœlicē vadam post funera campos
Seu ferar ardentem rapidi Phlegetontis ad vndam.
Nec sine te fœlix ero, nec tecum miser vnquam.
O Driades, florumq; deæ nymphæq; decentes,
O nemorum Syluane pater, seruate precamur
Collibus in vestris, gellidisq; in vallibus omne
Syluarum rurisq; decus circundate saltus
Sepibus, & prohibete pecus ne floribus obsit.
Ista precor, domine seruate in funera nostra.

Tuno

Tunc omnis spargatur humi, redolentia serta
Texite, qua circa tumulum supra, incentem
Componuntur heram, tristes ad busta puellæ
Pierides aderunt, & lamentabile carmen
Ore canent madido, signatæ verba relinquent
Ista sepultura relegenda nepotibus olim:
Hic tegitur virgo, cui nil quin diua vocari,
Debuerit, deerat, nisi dura fuisset amanti.

Talia suadenti. Recitat responsum mi eri amantis, solam puellam depoſcentis, vt charinus Terentianus: nihil aliud volo nisi Philumenam. Bene dicit suadenti, & non persuadenti. i. quia nihil efficit, Furor, i quem tu cõmemoraſti, vt dixiſti in me eſſe. Excubat i. excubias agit, hoc eſt, vigilat mecum Æneid. 4. Illum abſens abſentem auditque videtque. Id quoque Phædria optat ſibi a Thaide fieri in Eunuch. Me ames, me deſideres, me ſõnies, me expectes de me cogites, me ſperes, me te oblectes, mecũ tota ſis &c. Caput, vnde furor in amante. Oſſa medullas Aenei. 4. Iſt mollis flamma medullas, Interea & tacitũ viuit ſub pectore vuln⁹. Vnde hic addit. Cor complexa. Hinc enim dicimur cura, quòd eos vrit. Surculus, id eſt, incita, quæ pullulat, virgula. Duo corda vnum. Vnde Cor. 6. Et eſſe duo carne vna. Hic autem non ex re ſed ex affectione dicitur, quia nondum adhæſit, Surculum.

qui autem adhæret, vt ibidem dicitur meretrici, vnum corpus efficitur. Et spiritus, id est animus, quia Græce ANEMOS spiritus, seu ventus dicitur. O me fœlicē: graphicè exprimit affectionem miserè amantis, cui dulce videtur in complexu amatę mori Virgil. in Bucol. Hic ipso tecum cōsumeret æuo. Illa sua nobis, &c. ex Tibullo ferè sumptus locus, aut epistolis ouidij. Tristi voce nænias canendo. Siue ad fœliceis campos. i. Elysios, de quibus Æneid. 6. Deuenere locos, & amœna vireta. Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas. &c. Hos paradisum vocamus. Phlegeton fluuius infernalis ab ardore dictus. Nec sine te fœlix ero, nec tecum miser vnquam. Ex affectione, vt dixi loquitur, non ex debito consilio, itaque non est putandum, eam esse poëtæ mētem. Quod dico propter imperitos, qui non discernentes, quando ex tua sententia, & quando ex alterius introducti loquuntur poëtæ, indifferenter citant, quasi ita senserint. Maro autem sentit etiam amores perdurare post fata: vnde aīt in eodem. 6. Curæ non ipsa in morte relinquūt. Quin putauit easdem permanere affectiones dicens. Quæ gratia tuorum Armorumquè fuit viuis, quę cura nitentes Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos, iuxta quod dictum est. Qualē te inuenio, talem te iudico. Et

Elysian.

Phlegeton

ita

ita quia æterna est damnatis peccandi libido, non enim in mutari possunt) merito est æternũ supplicium. Sed ad rusticum redeamus Amyntam, cui insanus amor nõ persuasit, quod prophetæ diuinitus persuasum erat, dicẽti. Nõ auertas faciem tuam a me, & similis ero discedentibus in locũ. O Dryades, id est, nymphæ, arborum, & pręcipuè quercuum, quia Drys Dryos, quercus dicitur. Florumq; deæ, quæ Napeę dicuntur. Nymphæq; scilicet aliarum rerum vt montiũ quæ oreades, & fluminũ quę Naiades dicuntur, & marita, quæ Nerides, & arborum quoque quæ Hamadryades. O nemorũ Syluane pater vnde de siluis denominatur. Hic; quo ue aduenire dicitur ad Gallum, a more pereuntẽ, a Virg in Bucol.

Driades

Napea.

Oreades.

Venit & agresti capitis syluanus honore.
Florentes ferulas, & granda lilia quassens.

Vnde dicit; Seruare, precamur, quia nymphæ amare, & amari solent, Seruare inquit, decꝰ. ilor namẽtũ florũ & herbarũ, ne floribus obsit vir. Ge. 4. Nec oues, hœdiuè petulci. Floribꝰ insultẽt, aut errans bucula cãpo. Decutiat rorẽ, & surgẽtes atterat herbas, Ista i, vestra dono dominæ nostrę. Sic enim & Græ. & Latini, & barbari vxores vocãt. Vnde Maro in Diris. Quod mea non mecũ domina est. Circa tumulum,

 Credebant

Credebãt enim veteri superstitione beatas ánimas, quarum corpora molliter requieſcerẽt. Vnde Persius. Nunc non ciuis ille poeta

Sepulchrum leua. fœlix, non leuior. Cippus nunc imprimit oſſa Laudant conuiuæ, nunc non è manibus illis. Nunc non è tumulo, fortunataqùe fauilla Nascentur violæ? Et Iuuenalis. Dij maiorũ vmbris tenuem & sine pondere terram. Spirãteſqùe crocos, & in vrna perpetuum ver. Qui præceptore facti voluere parentis esse loco, & Martialis: Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena, Quid Ossa quieta, precor tuta requieſcite in vrna. Et sit humus cineri non onerosa tuo: Contra imprecatur Tibullus. O tu qui

Bustum Vrna. Venerem, docuisti vendere primus. Quisquis es, infœlix vrgeat ossa lapis. Tristis adbusta puellæ Pierides, id est Musæ. Iuuenalis Pierides prosit mihi vos dixisse puellas. Bustum dicitur quasi bene vstum: locus vbi vrna condebatur: vrna autem ab vrẽdo dicta, quod vstorum teneret cineres. Ideo autem Romani, qui tunc vt nunc faciunt, terra condere solebant corpora defunctorum, cœperunt ea concremare, qui per bella, & inuidiã eruta videbant aliquando ossa. Diuersitatem tamẽ hãc ex philosophis ortam putant, vt qui ex terra potissimum sumpta putarent, terra manderẽt

corpora

corpora qui ex igne, & igni. &c. Lamentabile carmen, Næniam funebrem, aut corpore nõdum sepulto epicœdium, & eo sepulto epitaphion. In daphnide autem dicit. Maro: Et tumulo superaddite carmen, Reliegenda nepotibus, id est minoribus, aut posteris.

O virgo, si te tantus consumeret ardor,
Per centum Scillas ad te, per mille Charybdes
Tranarum laturus opem. Tu saevior hydra,
Me fugu, at culpa nihil est in virgine. Nam me.
Nescit adhuc si sciret enim succurreret ultro,
Nec puto sub miti tam ferrea pectora vultu,
Signa, tamen vultus fallacia sub cute molli
Mens fera, sub blanda sunt corda immania fronte,
Alloquar, & faciam nostras intelligat ignis.
Si tamen illa meos vultus averterit, ibunt.
In lachrymas oculi, triste in suspiria pectus,
Oderit illa licet semper, fugiat que sequentem:
Ista tamen quocunque ferar, me cura sequetur
Ite procul medica, non sum sanabilis artes,
Ite procul magico qui (quod nec credere dignum est)
Carmine pallentes animas revocatis ab Orco,
Ite procul vanis precibus qui flectere duos
Creditis adversum est, & inexorabile cœlum.
Me rapit impatiens furor & invat ire per altos
Solimagum montes, & per lustra ignota ferarum,

O virgo &c. Sunt verba Amyntæ per apostrophen puellam absentem alloquentis. Per centum Scillas, numerus finitus pro numero

nfinito Scylla autem & Charybdis, pericula ant maxima in Mari Siculo. Finguntur autē a poētis esse mōstra marina, ex puellis transmutata. Nā Scylla Phorci fuit filia. Charibdis mulier vorax. De Scylla dixi in Buc Quid loquar aut Scyllam. Nisi aut quam fama secuuta, &c. De Charybdi, & etiā Silla. Aneid. pri. Dextrum Scylla latus, lęuum implacata Charybdis Obsidet, bt ita quia vt dixit Horati. in arte. Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Ducit enim in vitium vitij fuga, si caret arte. Ideo de eo qui vnum periculum euitans, in aliud incidit, dici solet. Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Tu sæuior hydra, quam hercules tandem exussit, cum amputato capite illi, sēper bina repullulare videret. Erat enim lacus quem exussit: & locum fertilem reddidit, sed serpens aquatica fingitur. At culpę, id amatorie. Nam semper amicas, aut purgant aut non credunt peccasse. Vnde ille. Nec si mihi credere tantum. Signa tamen vultus fallacia, scilicet sunt. Iuueni Fronti nulla fides, quis enim non vicus abundat. Tristibus obsceenis? Mens fera. Vnde notus, sed minus idoneus auctor. Omnis quæ nitido volucris plumescit amictu. Num est, si simulat, vera columba tamen. Sæpe sub ignota latet hyrcus pelle Lycaon

ctor, subq; Catone properfidus ille Nero. Si tamen illa meos vultus auerterit: videtur hypallage, vt sit, si auerterit suos vultus a me. id enim indignabundi faciunt Æncid. 7. Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Sed si accipiatur auerto, sicut auersor, & auertor, accipi solet pro eo, quod est per indignationem auertendo contemno, sicut Seruius fieri posse asserit, qui dicit auerto & auertor in vna significatione declinari posse, dicetur recta locutio, & non figurata, qualis est illa apud Boëtium. Heu, heu, quàm surda miseros auertitur aure, &c. Vnde est frequentatiuum auersor, quo frequentius vtimur. Ouid in fastis. Officioq; leuem non auersatus honorem. Medicę artes: vnde Apollo apud Ouid. Metamor. primo dicit. Inuentũ medicina meũ est, opifexq; per orbẽ. Dicor, & herbarũ subiecta potentia nobis Hei mihi q; nullis amor est medicabilis herbis. Nec pſũt domino, quæ pſũt omnib' artes. Ite pcul, quia Rom. etiã erat odiosa pfessio. Vnde Æne. 4. Magicas inuitã accingier artes, q; nec credere dignũ est. Vnde de Pythonissa quę Samuelem excierãt dubitãt theologi. an Samuelẽ reuera an nequã spiritũ in illũ trãsfiguratũ q; Augustin' potius asserere videtur. Animus reuocat' ab Orco i. ab inferno vrgente. Vnde Or. quasi vrgus a quibusdam dictus videtur. Sic in Bu-

Hac herbis, atque hac ponto mihi secta venena
Ipse dedi Maru, nascuntur plurima ponto
His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis.
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,
Atque satas alio vidi traducere messes.

Vanis precibus, id est impiè: sed, ex amentia amantium Epicureo tamen dignum. Soliuagum, non in sole, sed solum vagantem. Soli autem sibi videntur amantes, dum sunt sine amato. Per lustra, per latibula aut latebras ignota, scilicet hominibus, hoc est inuia. Æneid, quarto de Didone. Semperque, relicta. Sola sibi semper longam incomitata videtur ire viam, & Tyrios deserta quærere terra, Eumenidon veluti, &c, Id autem tunc erat illi, & est nunc futuræ mortis indicium.

Talia iactantem verbis conabor amicis
Flectere, sed vultus nihil insanibile curat.
Illum per campos nox intempesta silentes,
Illum exorta dies inter dumeta videbat
Insomnem semper raro syluestria poma
Carpentem, & potu contentum simplicis vnda,
Post longos gemitus, exhaustaque lumina fletu
Assiduo, post lamenta, & conuulsa frequenti
Pectora singultu, moriens finiuit amores.
Examinum corpus: tumuli sine honore relictum,
Nocturna obsumpsere fera, vel crebra, diurna.
Eam. Heu funesta lues, fatalis mathina passim
Corda venenatis penetrans humana sagittis,

Aequipe-

Æquiparens hominem pecudi, quæ pocula Circe,
Quæ peiora vnquam patuit dare philtra Calypso?
Quæ styx? quæ Phlegeton gravior, quæ maior Erynnis?
O stulti, quicunque deum dixistis amorem.
Num natura nocens Deus est vbicunq; locorum
Sit deus, est homini clemens innoxius æquus
For. Heu miserande puer, tenera sublata iuuenta,
Quæ tibi nascenti luxerunt sidera? quæ tam
Noxia pars cœli est, vt te nil tale merentem,
Læserit, & primis infortunarit ab annis,
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit, omne
Carmen & argutis quicquid modulamur auenis,
Doctus eras, nisi te mors immatura tulisset,
Dignus eras hederis, dignus Parnasside lauro.
Nec melius cecinit pugnans, ac tristia bella.
Hordea & agrorum cultus, & pascua noster
Tityrus, a magno tantum dilectus Alexi:
Namque tui præcox ar[illegible] solertia, nobis
Cognita iampridem, m[illegible]m producere frugem
Cœperat, & specimen tulerat virtutis & artis,
Non vulgare tua, poteras iam gloria dici.
Ruris et ætatis decus indelebile nostræ.
Te Padus et noster lugubre Mincius ore,
Cum nymphis fleuere suis, vt Thracius Hebrus
Orphea te tristes ouium fleuere magistri.
Vt Daphnim luxisse ferunt te pascua & agri,
Vndique & audita est totis querimonia campis
Spargite Pastores tumulum redolentibus herbis,
Atque sacerdotum cantus ac rura quotannis
Dicite, & æternam requiem cantate poeta
Faust. Tu tamen arua tenes patria meltoris, et altum

Incolis

Incolis Elysium, nos hic te flemus, Amynta.
For. Flendum hodie nobis fuerat. Nam tristia nocte
Nescio quæ mœsis cernebam insomnia formis:
Sed iam vesper adest, & sol sub nube recondens,
Dum cadit, agricolis vicinos nunciat imbreis
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus.

Talia iactantem. Fortunari est in sua persona loquentis, & impietatem, atq; amentiam Amyntæ damnantis. Aeneidos primo. Talia iactanti, &c. Verbis amicis, i. quæ amicos decent. Est enim amicus, a, um, adiectiuum. Vnde amicitior & amicissimus leguntur. Conabar, id verè, quia sine affectu conamur. Sed nihil, id est nulla res curat, id est, purgat vulnus insanibile. nihil, id est, nihili curat verba. Inter dumeta, vbi dumi & vepres crescunt. Insomnem, i. nullum somnum admittentem, quod miserè amantium est Aeneidos quarto. At non infœlix animi Phœnissa, nec vnquam soluitur in somnos oculisuè, aut pectore noctem accipit. Syluestria poma in syluis nascentia. Exhaustaque lumina, id est, oculos exhaustos, Moriens finiuit amores. Vnde & Comicus. Hanc nisi mors mihi adimet nemo. Dixit tamen Maro, Curas non ipsa in morte relinquens; Sine honore tumuli, id est, insepultum. Fatalis machina Alludit ad equm Troianum, de quo Maro Aeneidos secundo, Scandit fatalis machina mu-

ros

rot. Fatalis igitur machina, id est, instrumentum ad exitium fatale ducens. Aequiparans hominem pecudi. Vnde fictæ sunt transformationes, quas Circe in socios Vlyssis exercuit. Psalmista, Homo, quum in honore esset, non intellexit &c. Pluteus, id est, amatoria pocula, ad amorem inducentia. Circe autem & Calypso ex Odissea Homerica notissimæ sunt, ad quas Vlysses appulsus dicitur, &c. De Circe, quidem Solis filia ad principium 7. Aeneidos plura videbis. Calypso autem autore Hesiodo Oceani, & Terbyos, aut Homero iudice, Atlantis filia, insulã à se denominatã in mari Ionio tenui, ad quam Vlysses vt a Circe discesserat, naufragus peruenit, & amatoriè illectus, septem annos permãsit, vixq; diuelli potuit. Philtra autẽ dicũtur quia philos amator dicitur, pocula, aut carmina, aut alia ad amorẽ inducentia. Quæ Styx, infernalis palus a tristitia dicta. Phlegetõ fluui⁹ ab arbore denominat⁹. Erynnis dicitur furia. Nũ, i. nũq̃ naturanostés. Physicè hoc dicit. Nã virtutes naturales, deos dicebãt. Vnde Pl. li. 2. naturalis his. Fragilis & laboriosa mortalitas in parteis ista digessit, fragilitatis suæ memor, vt portionib⁹ quisq; coleret, quo maximè indigeret, &c. Vim ergo amoris cupidinem genere masculino, quia deum dicebant. Quę tibi nascenti luxerunt sydera iterum fatale putat. Vnde

Calipso

Philtra.

Vnde vbi de fato loquuti sum⁹, cœlum defuit id est, benigna influentia cœli. Doctus eras.

Maturum Prœcox.

Quemuis ergo sui temporis doctum deflet, sequutus Maronem in Daphnide, Mors immatura. i. ante maturitatem veniens. Id enim dicitur immaturum, quod nondum est maturũ. Prœcox autem, quod ante tempus maturum, quasi præcoctum, & præcoquum. Illud autem inquit. Quintilianus præcox ingenium, haud temere ad frugem peruenit, quia præcoci ingenio prediti, aut cito moriuntur, aut studia deserunt. Dignus eras hederis, quibus coronãtur poetæ, eo quod sunt in tutela Liberi patris, qui eis coronatus ex India redijt. Horatius. Me doctarum hederæ præmia frontium dijs miscent superis Persius. Quorum imagines lambunt hederæ sequaces. Iuuenalis. Vt dignus venias hederis, & imagine macta. Virgilius in Bucolicis. Atque hanc sine tempora circum. Inter victrices hederam tibi serpere lautos. Et iterum: Hedera crescentem ornate poetam. Dignus Parnasside lauro, id est, in Parnaso monte Phocidis Boetiam versus, musis & Apolline sacro nascente. Est ergo Parnassis patronimicum à patria sumptum. Sed hic pro nomine patrio ponitur, quasi sit. Parnasica. Nec melius cecinit pugnas. vt in Æne.

Hedera.

Parnasus Parnasis

Et agrorum

Et agrorum cultus vt in Geor. Et pascua, id est pastores, vt in Bucolicis Nam etiam pascua in Geor. dicit noster, id est, nostras hoc est. Mantuanus Tytirus, id est. Virg. qui se per Tityrũ in primo bucolico carmine significauit, a magno Alexi, id est. Augusto. Præcox solertia quia ante barbam. Et specimen tuleras, scilicet præ te, aut abstuleras specimen, id est ornamentum, Non vulgare, egregium. Cũ nimphis fleuere. Sic Maro de Daphnide, in Daphnide vt Thracius Hebrus, scilicet fluuius. Orphea, scilicet, fluuius. Orphea, scilicet, sicut vt quarto Georgicorum innuit poeta, vt Daphnim de quo in Bucolicis virgili⁹ latè. Spargite pastores. Sic in Daphnide. Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras, Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis. Et tumulum facite. Et hæc pro epiccedio sunt, quod canitur ante inhumanationem. Sequentia epitaphij, quod post inhumanationem canitur vicem habent. Tu tamẽ arma tenes. Hoc quidem videtur minus quadrare superioribꝰ. Nã quum furor & amentia, atque impietas in superbo, & vilipensio legum in Amynta dixerit, & ita mortuum, nec pœnituisse significauerit, non videtur congruè dicere & altum incolis Elysium id est paradisum. Sed purgari potest:

tum

ẽ quod pastoribus hæc dicuntur, tum quod
ferendo Elysium incolere tacitè pœnitentiam
egisse significat. Cernebam inuomnia Phan-
tasmata nocturna, quasi futuræ lachrymatio-
nis prognostica, idq; ex superstitione rustica. V
cinos nuntiat imbres. Georgicorum primo.

Sol quoque & exoriens, & quum se condet in undas,
Signa dabit, solem certissima signa sequuntur &c, Sed
Illic de ortu dicit, quod hic de occasu. Addit enim,
Ille vbi uoscentem maculis uariauerit ortum,
Conditus in nubem, medioque refulserit orbe,
Suspecti tibi sint imbres.

Cogere, & ad caulas, id est ouilia. Virgilius
In Sileno Cogere. donec oues stabulis, numero
rumque referre iussit. Tempus cogere, pro co
gendi. Græca locutio, vt: Et iam tempus equũ
tumantia soluere colla.

ECLO

ECLOGA QVARTA.

DE NATVRA MVLIERVM. INSCRIPTA

Alphus.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Amissum memorat caprum, puerique furorem
Ianus, & ingenium notat hinc Alphus muliebre.

ALPHVS ET IANVS.

IAne caper (video) macer est tuus: esse solebat
Acer & elatis in cœlum cornibus ire
Nunc detectus humi, flaccis piger auribus herbam
Olfacit, & summis attingit gramina labris
Ianus languet, & ex isto languore facetia surgit
Quæ quoties memini, risum ciet, edita nondum est,
Edita quum fuerit, totius mirabitur orbis
Alph. Iane, soles narrare soles iocundissime & ore
Suauiloquo, die ergo, [illegible]
Ianus Res non ficta, deus testis, sed facta recenter.

At dulce

At dulce id facimus non est mirabile gratis.
Quid pretij sperare licet? quæ dona reportet?
Alph. Iane, vbi congessit modos philomena docebo.
Ian. Qui leuiter spondet, promisso eludit inani.
Alph. Qui non credit, inops fidei sed pignore tutum
Te faciam, duo tela mea deprome pharetræ.

Iane caper, Principium huius Eclogę ex macie capri captat occasionem facetę narrationis de pastore mercenario qui captus amore puellæ in foueam feris positam incidit: vbi iuuentus & a vicinis rusticis extractus, furorem amoris non deposuit, cuius occasione graphicè mulierum ingenia describuntur. Macer est, qui solebat esse acer, & elatis, &c. Vnde quod in Hecyra de hominibus dicitur, etiam quibusdam belluis competit: profecto hoc sic est vt puto, omnibus nobis: vt res dant sese, magni, atq; humiles sumus. Flaccis auribus, id est, auriculis laxis, & pendentibus quia mollibus, Herbam olfacit: id morbi indicium est, Risũ ciet, id est, excitat, à Cicone secundæ coniugationis. Est enim præsentis temporis, Totus mirabitur orbis, rustica iactantia & garrulitate hoc dicit. Nam si ex persona poetæ dicatur, verè illi dici posset. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quid enim mirum, si rusticus imprudens in foueam cecidit? Iane, soles narrare fales, id est non insulsos apologos. Vbi con-

gessit

gessit, Latinius Muro: Namque notaui ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. Nã quæ ferre, aut tendere ad locum significant vt conuenio, confluo, cõgero, aduerbium ad locum desiderant, & non in loco. Potest tamen dici: Vbi congessit, id est concinnauit, & construxit, postquam allata fuit materies. Qui leuiter spondet. Prouerbiale est. Nam ferè vsu venit vt qui cito promittũt, difficulter promissa exhibeant, & é conuerso. Qui non credit. Alio diuerbio ex arte Rhetorica respondet. Qui nõ credit inops est fidei, quia qualis quisque est, talem indicat quẽlibet, & ita, qui fidẽ nõ est, neminẽ fidẽ existimat. Depromo, id est, eximo. Duo tela, id est duo spicula, aut duas sagittas, quæ sunt pastoribus apta. Virgilius, Cum daphnidis arcum fregisti & calamos.

Tam. Incipiam nympha Parnassides ora mouete,
Et memorate mei dira infortunia capri,
Aepholomenæos Alphos concedite nidos.
Conductus mercede puer, prafectus ouili,
Assiduè pascebat ouis, caprum atq; capellas.
Seruitium nobis pueri fuit vtile, donec
Virgine conspecta, quæ tum huc veniebat aquatum,
Tabuit ex illo vecors iam tempore factus,
Prigidus curare gregem contemnere caulas
Cœpit, & exhausto subuertere cuncta cerebro.
Quum sopitus erat, poterat vigil esse videri.
Nugabatur enim quando vigilabat inerti
Corporis officio, soluebat somnia mente.

Hunc ergo in altu ludens per cornua caprum
Viminibus validis inter dumeta ligarat.
(Quarta dies hodie) tentans an vincula possit
Vincere ceruice, ac prædura robore frontis.
Quæsitam interea nidos nemus omne pererrat,
Corda subit virgo, dilecta recogitat ora,
Ora, sinus, & quæ fari pudor omnia voluit,
Lux fugit interea capri redit immemor, alta
Nocte recordatus surgit, pauidusque per vmbras
Dum graditur, ruit in foueam: quæ fronde saligna
Captandis obducta feris, & stramine sicco,
Instar erat puteifundo irremiabilis alto.
Est caper in vinclis, puer est in carcere, pastor
Nullus oues curat: iam tertia luxerat hora.
Meror, oues refero, ac numero, captumq; requirens,
Obstupeo, puerum clamo, magalia lustro
Vera loquar: Magicis ne forte liquoribus vnctus,
Extimui, ascenso migrasset in aera capro
Namque striges tali fama est ope, nocte vagantes,
Ad quædam longinqua procul conuiuia ferri.
Attonitus tandem pecudes ad pascua duco.
Dumq; nemus subeo meditans mecum, ecce per vmbras,
Ecce procul caper in dumis strepit, atq; reluctans
Carnibus aduersis contra sua vincula pugnat,

Incipiam: Sic Aeneidos secundo. Incipiam: Fracti bello &c. Nymphæ Parnassides, id est Musæ Parnasum frequẽtare solitæ. Ora mouere. Virg. Pandite nunc Helicona deæ, cantusq; mouete, Sed quia pręcipitur ab Hor. In arte. Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus incideret: videbitur quibusdam non apta

muocatio

inuocatio, quia non debet deus inuocari, aut induci difficultate ditio luisse, nisi res tanta sit, vt opibus humanis fieri, aut geri nequeat. Verũ poetæ aliquando ridicule, aliquando iuxta æstimationem inuocantis inuocationem faciunt. Vnde Iuuenal, descripturus rhombum, dicit Satyra quarta. Incipe Calliope, licet hic considere, non est cantandum, res vera agitur, narrare puellæ Pierides: prosit mihi, vos dixisse puellas. Hoc autem ridicule dicit, hic verò loquitur iusticus, cui quam dicturus est, res tanta difficultatem habere visa est. Vnde prius dixit: Totus mirabitur orbis. Philomenæos, quos philomena congessit. Conductus, ergo mercenarius. Seruitium id est famulatus. Tabuit, id est, lenta tabe exhaustus est. Vecors, id est, praui, aut peruersi cordis. Frigidius, id est, negligentius, sicut in re diligenti dicit per cõtrarium Maro. Feruet opus. Exhausto cerebro nimia solicitudine efficero. Quũ sopitus erat, id est somno obrutus poterat videri esse vigil. Nugabatur enim, id est, secum inaniter loquebatur. Horatius: Nescio quid meditans nugarum. Persius. Nugari solitos. Ludens, i. ad ludum, vt curam animi premeret. In saltu, in pascuis vbi pecudes saliunt. Tentans, i. periculum faciens Quæsitũ perertat, i. penetrãdo, i.

Tabuit. Vecors Frigidus sopitus. Nugari.

quęsitum, non enim construitur prius supinum sine motu, saltem latente. Et quæ fari pudor scilicet est, id est, gremium, & intra gremiũ pudenda. Fronde saligna, id est, salicũ folijs. Obducta, id est, obstructa in superficie, captandis feris, id est: ad captandas feras. Iam tertia luxerat hora, scilicet posterioris dici. Refero. Recẽseo, aut separo Magalia. i. casas & tuguria. Striges, sortilegæ, & magicis vtentes. Ad quædam longinqua. Id enim sibi persuadet dæmonib⁹ illusę. Ecce. quasi diceret. Præter spem.

Saligna. Obducta.

Tenuit incautum subito feralis imago,
Et ni. tale ratum firmato pectore tandem
Nosco animal, subiensq́ rubos, seco vincula runca,
Sero domum rediens, video per pascua longẽ
Turbam exultantem risu iuuenilitter alto.
Vt prope constitimus, meq́ agnouere salutant,
Et tuus ecce, aiunt, puer hic, ô Iane luporum
Erutus e foueis, dum nocte perambulat agros,
Incidit in casses, & sic iuuentus vterque,
Et caper, & pastor Caper hæc incommoda passus,
Languet adhuc Puer imprudens insanior hirco est.
Virgo superbiuit mox, vt se audiuit amari,
Et pueri simulans curam ignorare, pudorem
Fingit, vt ad formam facit pudor, ira sinumq́
Ornat, & in terram versis incedit ocellis,
Callida vulpina rem simplicitate gubernat.
Hæc studia, hi casses, hæc sunt mulieribus arma:
Ille sua sperans Galathea aliquando potiri.

Contempta

Contempta mercede, suo sectatur amores.
Propterea palustro, stiua, bobusq; relictis,
Ad pastoris opus redeo, subiecta furori.
Ista iuuentutis leuitas, rura omnia vexat:

Terruit incautum, Rem prosequitur. Feralis id est terribilis, vt fera, id est, mors. Nam si dicatur imago feralis, id est, ipse feræ, nõ videtur rario carminis stare. Nam fera primam corripit ferali producit. Æneidos quarto: Solaque culminibus ferali carmine bubo. Incautum, & nil tale ratum. Firmato pectore tandem nosco animal, scilicet vbi propius accesserat. Seco, id est, abrumpo vincula, quibus in vepribus allegat⁹ erat. Incidit in casses, in foueam in laqueos. Ouidius incidit in casses præda petita meos Virgo superbiuit. Principium principalis narrationis. Et pueri simulans curam ignorare. Non simulans curam, sed simulans se ignorare curam. s. amorum. Nam simulamus id, quod non est, esse dissimulamus id, quod est non esse. Pudorem fingit, id est, simulat & fallaciter prę se fert. Ora sinumq;, in quibus est muliebris, species. In terram versis: Id enim pudicas decet. Vndo Æneidos primo. Tum breuiter Dido vultum dimissa profatur. Hæc sunt mulieribus arma. Mulieribus natura antepenultimã corripit, sed necessitate producit. Lucanus. Si qua deum soboes si qua est mulieris origo. Sua Galathea pu-

Fera.

Seco.

Simulare.

Dissimulat

ella lactea, sed rustica. Vnde Maro, namque fa
Galath. tebor enim dum me Galathea tenebat. Nec
spes liberitatis erat, nec cura peculi. Contem-
pta mercede, scilicet quam à Iano acceperat,
Leuitas. iste scilicet vtilis. Leuitas, id est, inconstantia
propter amores. & leues mores.

Al. Quod nequit ingenium, casus facit, o stuper, o sors
Ingeniosa, o res risu celebranda bimestri.
Iane vides seruanda, tibi philomela laborat
Sed quod tum vafra memoras de virginis æstu,
Retulit in mentem, quod psalere sæpe solebat.
Carmine fœmineis, olim de fraudibus Vmber
Ia. Die vmbri, dic si quid habes, meditare parumper.
Et verba & numeros, Vmbri est memorabile carmen.
Al. Est vt ais, sed non gratis memorabile carmen
Quas referes grates, & quid mercedis habebo?
Ian. Accipe promissis absoluo, & spicula reddo,
Al. Dum vado ad ventrem post hæc carecta leuandum
Iane meum tu coge pecus, ni vitibus obsit
Ian. O aries aries qui tortis cornibus atrum
Dæmona præsentas, semper vineta subintras,
Non sapies, donec fossa tibi lumina fronte.
Eruere. Non sunt porrecta in iugera centum
Pascua sat, nisi pampineos popularis & agros.

Quod nequit ingenium, casus facit, inter loquitur Alphus, ne vnius Sermo fastidio sit. Sensus autem est. Multa, quę per ingenium excogitare nequeas, casu in mentem veniunt. Risu bimestri, id est, duos menses durante. Tibi Phi-

bi Philomena laborat, id est, nidificat. Vnde Maro: Sic vos, non vobis, nidificatis aues. Fœminеis de fraudibus Vmber, homo ex Vmbria. Sunt qui Antonium Campanum intelligant. Dic Vmbri. Ordo est: Dic inquã, si quid habes Vmbri. i. de Vmbro, aut de carminibus eius Virg. Quin age, si quid habes, in me mora non erit vlla. Et, iterum: Si quos aut Phyllidis ignes, aut Alcenis habes laudes, aut iurgia Codri. Meditare, exerce, experire Virg. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Et verba & numeros idem. Numeros memini, si verba tenerem. Non gratis, id est, non sine mercede. Promissis scilicet palumbinis pullis, & spicula. i. sagittas. Dum vado ad ventrẽ. Hoc profecto nimis Rustice, tametsi Rustico congruit: facit tamen poëta ad exprimendum morem rusticum. Tu coge, id est compelle id vnum ne diuagetur Virgil. Tytere tu coge pecus. Ne viribus obsit, depascendo pampinos, aut Vuas decutiendo. O Aries, Aries, Alloquutio rusticа ad pecus. Sic Maro ad arbores: Et vos, o lauri carpã, & te proxima myrte sic posite quoniam suaues miscetis odores. Non abijcitur autem, nec corripitur. O quia vox Monosillaba in principio carminis posita Atrum dæmona. i. spiritum malè

Bimestris.

Vmber.

Meditare.

Populeris. callidū, qui cum pingi verè non potest, cornutus tamen pingitur. Non sapies, i. sed nō eris sapiens, & fugitans malorū, donec ego eruero tibi lumina, i. oculos, & hac frōte, ona, i. perforata, & excauata, euulsis oculis, populeris, i. deprædaris, spolies, agros pampineos, id est, vineas in quibus vites sūt, quarum frondes pāpinos vocamus. Dicitur etiā populo. Virg. in Ænei. i. Non nos aut Lybicos ferro populare penates venimus.

Alph. Iane, recordatus redeo, sed plurima forsan,
Nondum tota tibi referam, cognouerat Vmber
Omnia quæ fas est homini perdiscere cœlos,
Sydera tellurem, ventos, mare, flumina fontes,
Viderat & Rodopen, atq; alta Ceraunia. & Ossam,
Gallica regna, Ararem, Rhodanum, Tiberimq; Padumq;
Attica Romanis referebat carmina verbis,
Ore vtroq; potens & lingua primus vtraque,
Hunc vnum nobis inuidit Græcia, & ipsi
Archades, & Thracum saltus & Thessala tempe.
Candidus illius semper documenta secutus,
Non procul hinc hac ille tenet, nos ille docebat,
Sed iam septiforem flatu experiamur anenom.
Ante tamen nym pha precor, vi libet hr. des adsint:
Præsertim cus plus meminisse Polymnia fertur.

Iane. &c. Purgato aluo redit ad narrationē. Viderat: hac periphrasi videtur Gregoriū Tifernatē dicere, qui ea tempestate vixerat. Nā GREGOREO, significat vigilo, vigilare est

multa

multa videre. Viderat ergo Rodopē i. Thraciā vbi Rodope mons est, atque alta Cerunia, montes Epiri a fulminibus dictos, & Ossā, mōté Thessalię: Ararim qui a Lugdunensibus nunc Sogona dicitur. Vterque autē, tam Arer seu Araris, quām Rhodanus. Lugdunū confluit, ad cuius confluentē erat olim illa ara de qua Iuuenalis: Aut Lugdunensē rhetor dicturus ad aram Tiberim fluuiū Hetruriæ, qui Romam perfluit Padum fluuiorū regem in Italia in mare Adriaticū ex Alpibus inferioribus incidentē. Vnde Homerus Eridanum, qui & Padus dicitur ex inferis, ad superos tēdere dicis. Attica, id est, Græca & potissimū Attica, quia Attica lingua è quinq; Græcolinguis cultissima est. Romanis, id est, Latinis verbis. Nā aliter ea non intellexisset rusticus. Ore vtroq;, & Græco sermone, & Latino. Et prim⁹, id est, perituissimus vtraque lingua. Hunc vnū nobis inuidit Græcia, id est, inuide nobis esse cōspexit, quū similem non haberet quod in vita Antonij Campani etiam de Turcis commemorant. Verum hic Ticernatim intelligā & ipsi Arcades. ipsi Emphasin habet quasi dicat, peritissimi musici, & cantare pares, & respōdere parat, & Thracū saltus, vbi Orpheus, Amphion, alliqúe complures versati sunt Vates & Tēpe, id est amœ-

Rhodope
Ceraunia.
Ossa.
Araris.
Tiberis,
Padus.
Eridanus
Attica
Tempe.

amœnissima loca Thessaliæ, in quibus etiam musicus chorus versatus est. Candidus illius, &c. Per Candidum credo poëtam intelligi, cuius exterior vestis, vt Carmelitis cæteris, & mens fera candida, est, hęc, i. documenta vmbris. Sed iam septiphorem id est, septem foramina habentem. Virg. Est mihi disparibus septem cõpacta cicutis Fistula. Libetrhydes nymphæ, id est, Musæ, aut Libethrum locum quendam in Thracia, aut Libethrum fontem in Magnesia, regioni Thessaliæ adiuncta incolentes. Maro Nymphæ noster amor Libethrides. &c. Pręsertim quæ plus, subaudi cęteris alioqui dixisses plurimum Polimnia *POLV*, id est, multum *MNEA*. i. memoria, vt a memoria dicatur, cuius filiæ Musæ sunt, aut *POLVMNIA*, multarum laudum. Horatius, nec Polyhimnia Lesboum refugit tendere barbiton.

Libethrides

Polymneia. Polyhymnei.

Fœmineum seruile genus, crudele superbum
Lege, modo, ratione caret, confinia recti
Negligit, extremis gaudet, facit omnia voto,
Præcipiti, vel lenti iacet, vel concita currit.
Fœmina semper hyems, atq; intractabile frigus
Vt canis. Ardentes contristat sidere terras,
Temperiem nunquam, nunquam mediocria curat,
Vel te ardenter amat, vel te capitaliter odit
Si grauis est, mœret, toruo nimis hernica vultu,
Si studeat comis fieri grauitate remissa,
Sit leuis, erumpit blando lascivia risu.

Et lepore in molli radiat meretricius ore.
Flet, ridet, sapit, insanit, formidat, & audet,
Vult, non vult secumq́, sibi contraria pugnat,
Mobilis, inconstans, vaga, garrula, vana, bilinguis,
Imperiosa, minax, indignabunda, cruenta,
Improba, auara, rapax, querula, inuida, credula, mendax
Impatiens, onerosa, bibax, temeraria, mordax,
Ambitiosa, leuis, maga leua, superstitiosa,
Desidiosa, vorax, ganaa, studiosa palatum
Docta, salax, petulans, & dedita mollitiei,
Dedita blanditijs, curanda dedita forma,
Ira, odijq́, tenax, in idonea tempora differt
Vlciscendi animos, infida, ingrata, maligna,
Impetuosa, audax, fera, litigiosa, rebellis.
Exprobrat, excusat tragica sua crimina voce
Murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendet.
Ridet amicitias, curat sua commoda tantum.
Ludit, adulatur defert, sale mordet amaro.
Seminat in vulgus nugas, auditaq́, lingua
Auget, & ex humili tumulo producit Olympum.
Dissimulat, simulat, doctissima fingere causas,
Ordiriq́, doles, fraudiq́, accommodat ora,
Ora omneis facili casus imitantia motu,

Fœmineum seruile genus. Multa in muliebrem sẽxum supercilioſè dicuntur, quę omnia in malas dici possunt: sed rarissimè sunt bonæ secundũ Luciliũ qui dicit: Heu facul est homini inuentu bona sœmina nusquam: vbi facul, pro facilè antiquè dixit. Et Susarion Megarensis Antiquæ Comœdię Princeps.

Audi-

Audite populus Sufation, hęc dicit filius Phil
lini Megarensis tripodiscius.

Malum sunt mulieres, sed tamē, ô popula-
res non adest inuenire domū sine malo. Mul-
ta tamen etiam in sanctis literis in bonarū cō-
mendationem dicuntur. Sed mulierem fortem
quis inueniet? Modo, id est, moderatione de
qua Horatius. 1. ser. Est modus in rebus, sunt
certi denique fines. Quos vltra citraque nē-
quit consistere rectum. Extremis gaudet, quæ
ambo mali sunt; quia vni virtuti duo vitia op-
ponuntur, alterum per abundantiam, alterum
per defectum peccans. Aut canis id est, canicu-
la, aut syrius. Odit, præteritæ est vocis, & ita
producitur, nec reperies apud idoneos odio,
nisi semel in Cicerone odias. Nimis hernica,
id est, aspera, vt Hernici montes in Italia aspe-
rimi. Grauitate remissa, fit leuis, quia dum vi-
tant stulti vitia, in contraria currunt: Ducit e-
nim in vitiū vitij fuga si caret arte. Lepor me-
retricius. i. suauiloquium, & blanditiæ mere-
tricibus dignæ. Sibi contraria id est, incon-
stans. Vnde addit: Mobilis inconstans. Aenei.
4. Varium, & mutabile semper Fœmina. Im-
periosa. i. affectatrix imperij. Indignabunda,
talidiens frequenter. Cruenta, cruoris, & sā-
guinis appetens, & maximè, vt Iuuenalis do-

cet,

cet vindicte. Improba, id est, improbanda. Auara, quia rapax, sed tamen inutiliter expedit, Iuuenal. Prodiga non sentit pereuntem fœminam census. Ac velut exhausta rediuiuus pullulat arca, Nummus, & è pleno semper tollatur acerno. Nō vnquam reputat quātī sibi gaudia constent. Rapax ergo, vt expendat. Querula, quia vt dicit Iuuen. Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat: Maga, id est, sortilega, magicæ arti intendens, vt Iuuenalis dōcet: Hic magicos affert cantus, hic Thessala vēdit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. Lena etiam filiarum venditrix. Iuuen. Scilicet expectans vt tradat mater honestas. Aut alios mores quàm quos habet vtile porrò. Filiolam turpi vetulæ producere turpem. Superstitiosa, quod idem Iuuen. sexto docet, vt cætera ferè, quæ hic habentur Ganeę, sic & alij Christiani poetæ, sed Ganeo primam producit Satyricus, Occultas Ganeo pultes. Palatum docta, i. delicata Salix, id est luxuriosa. Tragica voce, id est quale vtuntur tragici, dum infortunia regum lamentātur, Litigiosa, qua nulla fere causa est, in qua non fœmina litem mouerit. Nil. id est, nihil pendit fœdera. Ludit. i. illudit. adulatur, defert, id est callide reprehensit,

reprehensione, Seminat. i. dispergit in vulgus. Nugas, id est, res friuolas. Ex humili tumulo producit Olympum, id est, nil sibi non promittit posse efficere. Ora omnes. Ordo accómodat, inquam ora, imitantia facili motu omnes casus, i. euenta omnia, hoc est, scit se accommodare rebus, & ridere cum ridentibus & flere cum flentibus, imo interdum vtrunque simul.

Non potes insidias euadere, non potes astum:
Vincere, tanta artes, solertia tanta nocendi.
Et quenquam videas oculis præsentibus, audes
Excusare nefas: potis est eludere sensus
Sedulitate animi, nihil est, quod credere possit,
Et nihil est quod non, si vult te credere cogat.
His facient exempla fidem. Quæ crimina non sunt
Fæminea tentata manu? Dedit hostibus arcem,
Decepta ornatu brachii Tarpeia sinistri
Sæuijt in natos manibus Medea cruentis.
Tyndaris Ægeas onerauit nauibus vndis,
Scylla hostem sequitur, patri furata capillum,
Fratrem Biblis amat, subijcit se Myrra parenti?
Concubitus nati longæua Semiramis ardet,
Causa nescis nati coniunx fuit Amphiaraon,
Occidere viros nocturnis Celides armis
Orphea membratim Cicones secuere poetam.
Cognata luxuria petulantia Pasiphaeiæ,
Phædra pudicitiam contra crudeliter ausa est.
Decepit Iudæa virum Rebecca, suamq;
Progeniem, velans hircino guttura tergo:
Porrigit Alcidæ coniux fatale venenum:

Decipit

Decipit Hyppodame patrem, Lauinia Turnus
Implicat anceps i bello, Bryseu Achillem
Depulit è castris, damans: Chryseide factus
Fulminat Atrides, & sentit Apollinis iras.
Eius genus nostrum felicibus expulit armis.

Non potes. Eandem rem prosequitur, astum id est, astutiam. Nihil est quod credere possis quia & quanquam videas oculis &c. Iuuenalis Nihil est audacius illis, Deprensis, iram atque, animos à crimine sumunt. Quæ crimina non sunt Fœminea tentata manu: Quasi dicat nulla non sunt, & ita omnia sunt. Tarpeia virgo, vt armillas quas in brachijs hostium vidit: haberet, tradidit illis arcem Capitolinam. Vnde armis brachiorum obruta interijt. Dicitur autem hîc brachi pro brachij: quia aliter versus non staret. Sæuijt in natos Virg. Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem commaculare manus. nam Medea ab Iasone spreta omnes cõmunes liberos præter Thessalum trucidauit. Tyndaris id est, Helena Tyndari (vt putabatur) filia, à Paride rapta, aut ipsum secuta, mille carinis a Græcis repetita est. Scylla. Nisi Megarẽsium regis filia, abscisso purpureo capillo, quẽ pater sacratum habuit, ad Minoa hostem pertulit: Biblis vt Ouid Meta. 9. docet, exarcet amore Cauni fratris, a quo Spreta in fontem sui nominis conuersa est. Subicit de Mirrha

Scylla

Biblis

Mirrha parenti, scilicet Cinaræ, de quo libro decimo. Metamorph. quæ etiam in Myrrham arborem illic conuersa dicitur. Est autem in verbo subicit, lyncopa. Nam si (vt debet) subiicit scriberetur, esset positio breuis. Fecerunt tamen id alij quoque: Semiramis regina Babyloniæ & regni assyriorū moderatrix exarsit amore Nini filij, quem diu simulauerat, vt Iust. docet lib 1. Causa nescis vati coniunx fuit, id est, Eriphile. De qua in Thebaide Statij multa leguntur. Belides, Beli neptes, filij Danai fratris Ægypti regis, quæ quinquaginta nupserunt, totidem patruelibus, id est, patrui Aegipti filijs coacte ab eo, sed a patre, qui ab oraculo habuit sibi cauendum a tali genero, persuasæ, prima nocte omnes maritos suos inter fecerunt præter Hypermestram, quæ Lino pepercit, à quo Danaus obtruncatus. Cicones, Mulieres Thraciæ vt auctor est Virgil. in fine Georgicorum, Pasiphae, vxor Minois regis Cretensium, amore tauri iucensa, se in ligneam vaccam à Dedalo effictam includi fecit, sic cum tauro concumbens, & postea cū Mino Minitaurū genuit. Ordo, est petulātia luxuriæ Pasiphaeiæ, id est ipsius pasiphaes, scilicet, est cognita Phędria, pasiphaes, & Minois filia, Hyppolitum priuignum, cui desponsato, sed

Semiramis.

Belides.

Cicones.

sed non tradita á Theseo fuerat, interpellauit de stupro. At cum ille renuerit, ne patri iniurius sit, detulit ad patrem quasi ille interpellasset ipsam, vnde credulus pater a Neptuno, sine á patre Aegeo impetratis phocis, marinis belluis equi Hippolyti in furorem versi ipsum dissoluerunt vnde Hippolytus ab hippos, & est equus, vel equa, & lyo, id est dissoluo, dictus prǫlagio quodam videtur. Nam ab Hippolyto matre id nomen prius habere potuit. Decipit Iudæa Rebecca virum, scilicet Isaac, cuius oculi caligauerunt, suamqúe progeniem, id est filium chariorem Iacob velans hircino tergo, id est, pellibus hircorum, aut caprorum, vt pilosus perciperetur, vt erat Esau Coniunx scilicet Deianira. Fatale venenum, id est, tunicam sanguine venenato Nessi intictum dedit. Alcidæ, id est, Herclei nepoti putatiuo. Nam Amphitrionaides dicitur, cum Iouis sit filius. Hippodamia Oenomai Helidis, & Pisæ regis filia, patrem decepit, quia Pelopi in patris perniciem nupsit. Erat enim in fatis tunc patrem decessurum, quando illa nuberet. Nupsit autem superata in curuli certamine, dolo tamen Myrtili auguriæ. Dicitur etiam Hippodamia, quasi equorum domitrix. Lauinia filia Latini, Turno desponsata à matre, Amata, & AEneæ, per oracula & patris assensum. Troianis mul-

Hippes. Lyo.

Rebecca.

Deianira, Alcides

Hippodamia.

exitij causa fuit Bryseis, qui Achilli forte obuenerat, quum abducta Chryseide, quę Agamemnoni obuenerat, hanc Agamemnon quū vi abstulisset, effecit vt Achilles iratus armis abstineret, multos Græcorum interimi sineret donec Patrocli amici necem vlciscī vellet. Atrides, id est Atrei filius, saltem putatiuus Agamēnon, fulminat ita, & amore æstuat, factꝰ de mens Chryseide, id est, per amorem Chryseidis filiæ Chrysei sacerdotis Apollinis, quicum insulatus in exercitum Græcorum filiam expetitum venisset, nec obtinuisset, læua pestilētia ab Apolline impetrata, tandē eam abduxit. Sentit ergo iras Apollinis, id est pestem qua totus exercitus mulctabatur. Fœlicibus aruis paradiso.

Lauinia. Bryseis.

Credite pastores, per rustica numina iuro,
Pascua si gregibus vellris innoxia vultis,
Si vobis omnium cura est, si denique vobis
Grata quies, pax, vita, leues prohibete puellas,
Pellantur q, procul vestris ab ouilibus omnes,
Thestylu, & Phyllis, Galathea, Neæra, Lycoris:
Dicite quæ tristem mulier d scendit ad orcum,
Et redyt i potuit, si non malè fama fuisset,
Euridice reuehi, per quas descenderat vmbras.
Rapta sequi renuit fessam Proserpina matrem.
At pius Æneas redyt, remeauit & Orpheus,
Maximus Alcides: & Theseus, & duo fratres,
Vnus equis, alter pugnis bonus, atq; palestra,

Et noster deus, vnde salus, & vita resurgit.
Hæc sunt, pastores, hæc sunt mysteria vobis.
Aduertenda, animi fugiunt obscœna viriles,
Fœmineas loca delectant infamia mentes.
Vt semel in scopulos vento contortus & vnda
Nauta, scit incautis monstrare pericula nautis.
Sic senior longo factus prudentior vsu
Præteritos meminit casus, aperitq; futuri
Temporis euentus, vitaq; pericula monstrat.
Si fugiunt aquilam fulicæ, si retia cerui,
Si agna lupum, si damna canem, muliebria cur non
Blandimenta fugis tantum tibi noxia pastor.

Credite pastores. Conuertit sermonem ad pastores quorum docendi gratia hæc de fœminis dixit. Per rustica numina. Id antiquè, nisi ad deum, & sanctos, quibus arua custodiæ sunt, referamus. Thestylis &c. Harum enim meminit Virgilius in Bucolicis dicens, Thestilis & rapido fessis messoribus æstu. Alia serpiliumque herbas contundit olentes. Et iterum. Iampridem a me illos abducere. Thestylis orat. Item Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit. Item Malo me Galathea petit lasciua puella, Et huc ades O Galathea, &c. Item ille Neæram dum fouet. Item. Tua cura Lycoris, perq; niues alium perq; horrida castra secuta est, Dicite, ingeniosa excogitatio. Thestilis.

Euridice. Raptè leguntur mulieres ab inferis, & verè raptæ sed non redijsse. Erudice, Orphei coniux, cum eam Aristeus pastor insequeretur, à serpente, qui in herbis delicuit extincta, ab Orpheo citharę beneficio redempta ab inferis fuit, ea lege, vt ea non respiceret, quod tamen fecit, vnde reuerti coacta est, quod quarto Georgicon, ad finem graphicè describitur, & à Boëtio non segniter. Proserpina, Cereris filia à Plutone surrepta, & à Cerere mare inuenta: redempta fuisset, si nihil apud inferos gustasset, sed granum pomi gustauit, vt non rediret. Vnde Georgic. 1. Nec repetita sequi curet Proserpina matrem. At pius Aeneas rediit, postquam illac duce Sybilla patris videndi gratia discendisset. vt 6. AEneid. latè dicitur.

Remeauit & Orpheus, relicta tamen coniuge Maximus Alcides, id est, Hercules, vt Pirithoum redimeret, Virgilius. Quid Theseā magnū. Quid memorem Alciden? Et duo fratres. vnus scilicet Castor, tamen Virgilius ponens nomen pro nomine, dixit. Domitus pollūceus habens alter pugnis scilicet pollux. Fratres gemini in cœlū translati, vbi Geminos cōstituunt: signū tam latū vt dum altetū accidat alterū oriri incipiat, vnde fabulę locus est, vt alter mortalis, quippe a Tyndaro genitus, alter immortalis ab Ioue sit⁹ dicatur, sed mutua charitate

tate ita deuincti, vt immortalitatem communicarent, & altero moriente, alter reuiuiscat, vnde sexto Aeneidos,

Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Itque reditque viam toties. Melius autem legitur alter: quam alius: quia alter de duobus, alius de pluribus dicitur. Et noster deus dominus noster Iesus Christus, qui descendit ad inferna, & tertia die resurrexit a mortis. Aduertenda, consideranda. Animi viriles fugiunt obscœna, naturaliter quidem vsque adeo, vt qui non fugiunt, effœminati dicantur, aut muliebres. Vnde est illud Ennij apud Ciceronem in. 1. de officijs. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Illaque virgo viri Fœmineas loca delectant infamia mentes, id quidem de turpibus verũ est Sentor. Vult sibi in ea re experto fidẽ adhiberi, sicut nautis veteranis de periculis marinis creditur. Fulicæ, aues sunt marinæ. Docet autem beluas prudentiores esse in fugiendis nociuis, ac insidiosis, quam nos simus. Alter. Alius. Fulicæ.

Est in eis pietas crocodili, astutia hyenæ,
Cum flet, & appellat te blandius, insidiatur.
Fœmineos pastor fugito (sunt retia) vultus.
Non animis, non virtuti, non viribus vllis
Fidito, non clypeo, cuius munimine Perseus
Vidit saxifica colubros impunè Medusa.
Monstra premerunt multi, domuere gigantes,

Euridice. Raptè leguntur mulieres ab inferis, & verè raptæ sed non redijsse. Erudice, Orphei coniux, cum eam Aristeus pastor insequeretur à serpente, qui in herbis delicuit extincta, ab Orpheo citharę beneficio redempta ab inferis fuit, ea lege, vt ea non respiceret, quod tamen fecit, vnde reuerti coacta est, quod quarto Georgicon, ad finem graphicè describitur, & à Boëtio non segniter. Proserpina. Cereris filia à Plutone surrepta, & à Cerere mare inuenta: redempta fuisset, si nihil apud inferos gustasset, sed granum pomi gustauit, vt non rediret. Vnde Georgic. 1. Nec repetita sequi curet Proserpina matrem. At pius Aeneas rediit, postquam illac duce Sybilla patris videndi gratia discendisset. vt 6. Aeneid. latè dicitur. Remeauit & Orpheus, relicta tamen coniuge Maximus Alcides, id est, Hercules, vt Pirithoum redimeret. Virgilius. Quid Theseа magnũ. Quid memorem Alcidem? Et duo fratres. venus scilicet Castor, tamen Virgilius ponens nomen pro nomine, dixit. Domitus Pollux eus habens alter pugnis scilicet Pollux. Fratres geminos in cœlũ translati, vbi Geminos cõstitu unt signũ tam latũ vt dum altetũ accidat alterũ oriri incipiat, vnde fabulę locus est, vt alter mortalis, quippe a Tyndaro genitus, alter immortalis ab Ioue sat⁹ dicatur, sed mutua charitate

tate ita deuincti, vt immortalitatem communicarent, & altero moriente, alter reuiuiscat, vnde sexto Aeneidos,

Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Itque reditque viam toties. Melius autem legitur alter: quam alius: quia alter de duobus, alius de pluribus dicitur. Et noster deus dominus noster Iesus Christus, qui descendit ad inferna, & tertia die resurrexit a mortis. Aduertenda, consideranda. Animi viriles fugiunt obscœna, naturaliter quidem vsque adeo, vt qui non fugiunt, effœminati dicantur, aut muliebres. Vnde est illud Ennij apud Ciceronem in. 1. de officijs. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Illaque virgo viri Fœmineas loca delectant infamia mentes, id quidem de turpibus verũ est Sentor. Vult sibi in ea re experto fidẽ adhiberi, sicut nautis veteranis de periculis marinis creditur. Fulicæ, aues sunt marinæ. Docet autem beluas prudentiores esse in fugiendis nociuis, ac insidiosis, quam nos simus.

Alter.
Alius.
Fulicæ.

Est in eis pietas crocodili, astutia hyenæ,
Cum flet, & appellat te blandius, insidiatur,
Fœmineos pastor fugito (sunt retia) vultus.
Non animis, non virtuti, non viribus vllis
Fidito, non clypeo, cuius munimine Perseus
Vidit saxifica colubros impunè Medusa.
Monstra premuntur multi, domuere gigantes,

Euertere vrbes, legem imposuere marinis
Fluctibus, impetu fluuiorum, & montibus asperis
Sacra coronarunt multos certamina, sed qui
Cuncta subegerunt, sunt a muliere subacti.
Rex, qui pastor erat, funda spoliaq; leonis
Inclytus & ratus, qui templa Sionia fecit.
Primus, & excellens inuicto robore Sampson,
Fœmineum subiere iugum: minus officit ignis,
Saxa minus, romphæa minus, minus hasta, minus mors,
Nec forma contenta sua splendore, decorem
Auget mille modis mulier, frontem ligat auro,
Purpureat arte, genas, & collocat arte capillos.
Arte regit gressus, & lumina temperat arte.
Curritat, vt in latebras ludens perducat amantem.
Vult dare, sed cupiens simplex, & honesta videri,
Denegat, & pugnat: sed vult super omnia vinci.
Fœmina cæciaco (res mira) simillima vento est,
Qui trahit, expellens mendaci nubila flatu.

Crocodilus.

Est in eis pietas Crocodili] Crocodilus est animal terrestre, & aquatile, crescit ex minimo ad decem, & septem, & amplius cubitos, quibusdam Ægiptiorum crocodili sacrosancti sunt, quibusdam non sunt, sed veluti hostes exagitantur. Vnde Iuuen. Crocodilon adorat pars hæc. Est autem bellua hæc, quæ oua parit inster anserinorum, c ontra fugaces terribilis, contra insequentes autem fugax, hebetes oculos habet in aqua, extta Aquam acerrimi visus est, conspecto homine e-

mittit

mittit lachrymas, mox appropinquantem, deuorat, vnde factum est prouerbium. Lachrimæ crocodili, de his qui sub specie pietatis homines fallunt. Graphicè ergo dicit: Est in eis pietas crocodili, Hyæna autem animal est, in Affrica præcipuè nascens, vtranque ei naturā esse nonnulli existimant, & alternis annis marem, alternis fœminam. Hoc Aristoteles negat. Collum ei & iuba continuatæ spinę porrigitur, flectique nisi circumactu totius corporis, non potest. Humanum sermonem inter pastorum stabula assimilare dicitur, nomenque alicuius discere, quem foras euocatum dilacerat, vomitionem etiam hominis imitari ad sollicitandos canes, quos inuadit. Solet præterea ad animal sepulchra eruere, vt corpora inquirat. Hæc Sipontinus, ob quæ rectè dicitur, astutiæ hyenæ fidito (id est, confidito. Non clypeo) scilicet crystalino ipsius Pallados, cuius munimine protectus Perseus, Medusam interemit, è cuius sanguine natus fingitur. Pegasus equus alitaus. Erat autem Medusa vna trium Gorgonum, quę vnum habuisse oculum, quo vicissim vterētur, dicūtur hoc est vnione seu margaritam. Erat autem pulcherrima, vnde se inspicientes, in Stuporem traxit. & ita in Saxa vertere dicta est. Hanc enim visam Neptunus,

Hyæna.

Fidito.

Medusa.

ardens amore, in templum vsque Palladis insequutus, illico oppressit. Vnde irata dea i pius capillos, quibus Neptuno placuerat, in angues mutauit, deditq; vt omnes eam inspicientes in lapides verterentur. Perseus autem dicitur Danaes, Acrisij regis Argiuorum filiæ, ab Ioue oppressæ filius, Monstra premerunt multi; vt Hercules, Theseus, Perseus, domuere gigantes vt dij in bello giganteo, & Hercules, Antæum in Lybia Gerionem in Hispania, Cacum in Italia, & alios alibi. Euertere vrbes, vt Scipio Carthaginem in Africa, & Numantiã in Hispania, Græci Troiam, & alij alia. Legem imposuere matinis fructibus vt Cęsar. & Aus-
Xerxes. gustus Lucrino lacui. Xerxes, qui pontem super mare extruxit, & cum dirutum videret, flagellis cędi iussit. Ex montibus aspris, vt idem Xerxes, qui Athon montem æquauit solo, & pro parte nauigabilem fecit Iuuen. Velificat Athos. Dicitur autem aspris, per syncopẽ pro asperis. Sed qui cuncta subegerunt. Iuuen. 6. Nunc patimur longæ pacis mala sæuior armis Luxuria incubuit & victum vlciscitur orbem. Rex qui pastor erat. Dauid funda, qua Goliah strauit, spolio; leonis, quem se adhuc pastorem interemisse dicit, inclytus, & natus, id est, filius eius Solomon, qui templa Sionia, id est, Hyerosolymitana. Nam Sion principalis

par

pars Hyerosolymæ est. De his in lib. Regum & de Sampsone lib. Iud. dicitur. Romphea, framea, qua angelus à paradiso terruit Adam & Euam, Plebeij ac triuiales sunt versiculi. Adam Sampson, Loth, Dauidem, Solomonem Fœmina decepit, quis modo tutus erit? Fronte ligat auro, quod crinale vocant. aut reticulo aureo, seu aurato Purpurat, id est purpureas facit. hoc est, nubicundas arte, scilicet fucatorra Lumina, id est, oculos. Currit vt in latebras ludens perducat amantem. Vnde Poeta. Malo me Galathea petit lasciua puella. Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. Aut ad eam respicit, de qua Prouerb. 7. mirum in modũ graphicè loquitur Solomon, omitto verba, quia in manibus sunt. Vult dari: scilicet stuprum, & copiam sui: sed vult super omnia vinci, vt vim sibi illatam dicat. Cæciaco vento, Cæcias enim trahit ad se nubes, quas alij venti propellunt.

Sion.
Romphæa.

Purpurea.

Quisquis es (experti monco) tentare recusa.
Dum licet, hoc fragilis quot habet fastidia sexus,
Immundum natura animal, sed quæritur arte
Mundities, id est luce opus est, ea somnia nocte.
Deglabrat, atq; lauat pingit, striat, ungit & ornat.
Tota dolus, tota ars, tota historia, tota ventorum.
Consilio speculi gerit omnia, labra moueri
Discit, & inspecto vultum componere vitro.
Discit blandiri, discit videre, jocari.

Interdum

Incedens humeros discit vibrare nutesq,
Quod sibi vult nudum pectus? quid aperta superne.
Rimula, qua bifidam deducit ad vbera vallem?
Nempe nihil, nisi quo virus, penetrabile sensum
Plus premat. & Stygia capiant præcordia flamma.
Hi iuuenum scopuli, Syrtes, Scylla, atq; Charybdes.
Hæ immundæ Fhinei volucres, qua ventre soluto,
Proluuie fœda, thalamos, cœnacula mensas:
Compita, templa, vias, agros, mare flumina montes,
Incestare solent, ha sunt Phorcinides, ære
Monstrifico, extremis Libiæ quæ in finibus olim
Aspectu mutare homines in saxa solebant.

Quisquis es expertus moneo, parenthesis, est tentare i. attentare & periculum facere recusa, dum licet indigno subtrahe colla iugo. Et iterum Principijs obsta, serò medecina paratur. Cum mala per longas conualuere moras. Fastidia, i. superbos contemptus. Immundum natura animal, si animo vituperandi hoc diceret, ineptiret. Nam si natura immundę, & cura ac arte mundæ sunt, in hoc venient laudandæ quod arte naturam corrigunt: verum animo dehortandi ab earum illecebris & fucata venustate, id dicit. Id luce opʾ est, i. nihil aliud faciunt noctes, & dies, siue noctu & interdiu. Deglabrat leuem & glabram facit cutem, rugis & pilis amoris. Striat in tricas colligit capillos. Tota scilicet ens, aut existens dolus, tota histrionica, ludicra, & scurrilis toto

venenum

venenũ, quia vritq; videndo fœmina, & tactu inficit. Vnde quidã est tactu viscus mulier, visu basiliscus. Humeros dicit vibrare, id nimiũ petulãtes faciũt, quæ humeros agitãt sicut in amplexu. Nã honestæ matres studẽt esse demissis humeris. Natesq;, i. clunes. satyric⁹ Tremulo discendunt clune puellę. Rimula, i. fissura vestiũ in sinu inter mãmillas, quæ bifidã, i. in binas partes diuisã. Virus, i. venenum, quo visa inficit. Flãmę stygiæ, i. infernales, potius dixissem Phlegetonteæ. Præcordia sunt tenues membranę circa cor, quæ dicũtur affectionũ, siue passionũ sedes. Hi iuuenũ scopuli, syrtes, i. breuia vada arenosa, in quæ qui incidit difficulter euadit. Allegoricè ergo sũmapericula intelligit, si cur sũt Scylla, & Charibdis in mari siculo. Immũdę Pniner volucres i. harpyę, de quib⁹ Æneid. 2. Excipiũt Strophades. Graio stãt nomine dictę insulæ in Ionio magno quas dira Celeno, Harpiæq; colũt alię Phineia postquã Clausa dom⁹, mẽsęq; metu liquere priores. Tristi⁹ haud illis monstrũ, nec sæuior vlla pestis & ira deũ. Stygijs sese extulit vndis. Virgine⁹ volucrũ vultus, fœdissima vẽtris Proluuies. vncęq; man⁹, & pallida semper ora famę, Phineus autẽ rex Arcadię liberis nouercam subinduxit, eosque vt illi complaceat, exæcauit, ob quam rem irati dij, ei Oculos

Bifida.
Virus.
Præcordia.
Harpyiæ.

fustus

ſuſtulerunt, & immiſerunt Harpyas, quæ illi cibum abriperent quod & diu fecerunt. Sed quia Argonautas hoſpitio ſuſceperat, miſerũt ad eum Zetum & Calaim. Boreæ regis ac venti Thraciæ, ac Orithyæ ab eo raptæ filios iuuenes alatos: qui eas ad Strophades vſque pepulerunt. Cœnacula, altiora domus, aut pro locis in quibus cœnatur. Inceſtare, id eſt polluere, & non caſtum reddere. Aeneid. 6. Et totã inceſtat funere claſſem. Hę ſunt Phorcynides i. Gorgones. Ouid. Finibus extremis Libies, vbi feruida tellus. Accipit Oceanum demiſſo ſole calentem. Squalſebant latè Phorcynidos arua Meduſæ,

Carmina doctiloqui curſim recitauimus Vmbri.
Quæ ſi viſa tibi nimium prolixa, memento
Ipſius id rei vitium, non carminis eſſe.
Non longum eſt carmen, mulierum ancentia longa eſt
O memorande ſenex, quo ſe Vetus Vmbria tantum
Iactat, & ipſe tua Tiberis conterminus vrbi.
Martia non abs re tantum te Roma vocabat.
Ipſa tuas artes, & non trinalia norat,
Carmina te vita functum fleuere Latina.
Naiades, & Graiæ, tua molliter oſſa quieſcant.
Semper, & in ſummo mens aurea viuat Olympo.

Carmina doctiloqui. Hunc, vt dixi, licet aut Antonium Campanum intelligere, aut Franciſcum Petrarcham, aut aliumquemuis ea tempeſtate doctum.

Ipſius

Ipſius id rei, contra artem producit ſyllabam. Nam quintæ declinationis nomina, non producunt e. ante i. niſi præcedat i. & ita rei, ſpei, fidei, plebei penultimam corripiunt. Poſſumus verſum emendare ſic. Ipſius eſſe ei vitium, nõ carminis, illud. Non longum eſt carmen. Vnde martialis. Non ſunt longa, quibꝰ nihil eſt quod demere poſſis, Marria Roma, aut bellicoſa olim, aut Martem auctorem habens, vnde Liuius in præfatione. Si cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad deos referre auctores, ea belli gloria eſt. P. R. vt cum ſuum conditoriſq; ſui parentem Martem poriſſimum ferat. tam hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, quam imperiũ patiuntur. Et non trivialia, non vulgaria virg. Non tu in triuijs indocte ſolebas. Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen? Te vita functum, i. defunctum. Latinè Naiades. i. fluuiorum, & fontium Italicorũ nymphæ: propter ſermonem latinum, & Graiæ, i. Græce, pp ter Græcum. Tua molliter oſſa quieſcant vnde prius, vbi de ſepulcho leui loquuti ſumus, diſſernimus, hoc ad veterem pertinet ſuperſtitionem: Nam verius Mar. dicit: Facilis iactura ſepulchri & Seneca. Quid refert, humi an in ſublimi putreſcam. Mens aurea, id eſt, pulcherrima, viuat Olympo, i. cœlo hoc catholico vi-

Naides Graig.

Olympus

ro dignum est, Olympus autem Macedoniæ mons altissimus, pro cœlo a Græcis potissimum poni solet.

ECLOGA QVINTA.

DE CONSVETVDINE DIVITVM ERGA POETAS

inscripta, Candidus.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Otia Sylvanus miratur inertia vatis
Candidus abiectos queritur nunc esse poetas.

SYLVAN. ET CAN.

CAndide, nobiscum pecudes aliquando solebas
Pascere, & his gelidis calamos inflare sub umbris,
Et misera sales, simul & certare palæstra,
Nuncautem quasi pastores & rura perosus,
Pascua sopito fugis, & trabis otia cantu.
Cand. Vos quibus est res ampla domi, quibus ubera vaccæ
Plena ferunt, quibus alba greges mulctralia complent,
Cymbia lacte nitent, & pinguia prandia fumant.
Carmina laudatis, frondi concinnitis exit,
Plauditis, ac læti placidas extenditis auras
Pronumeris vanas laudes, & inania verba.

Reddit in,

Redditis, interea pastor sitit, esurit, alget,
Syl. Nonne potest curare greges, & dicere versus
Cum vacat. & positis vitam traducere curis?
Cand. Omnem operam gregibus pastorem impēdere oportet.
Ire, redire, lupos arcere, mapalia sæpe
Cingere, mercari paleas, & pabula victum
Quærere, nil superest oti, laudabile carmen.
Omnem operam totumq; caput Syluane requirit.
Grande vtrumque opus est, & nostris viribus impar:
Quum cecini sitio, sitienti pocula nemo
Porrigit irrident alij tibi penula dicunt,
Candide trita, genu nudum, hispida harba:
Iam syluæ implumes, & hyems in montibus albet,
Irascor, doleo, indignor, fert omnia victus.
Lanitium, fœtusq; mares, nos vendimus agnas,
Sed qui lac pascunt, premitur nihil, vbera siccant.

Candide nobiscum. Argumentum huiꝰ Eclogæ, est detestatio tenacitatis diuitum in poetas, quorū ingratitudine & auaritia, aurea vena in poetis extinguitur. Per Candidū autem mihi verisimile fit, poetam posse intelligi, per syluanum quemuis diuitem auarum. Inducit tamen vtrumq; pastorem. Vnde dicit, sub his vmbris, quasi dicat, sub quibus sumus, nec quicquam aptius Syluano, quam esse in syluis. Est autē fere eadem farrago, quæ in Iuue. Sat. 7. Et miscere sales, id est, lepores sermonis. Sopito, id est, oppresso, & neglecto cantu, quæ res doluit Syluano. Nam diuites Auari, licet nihil conferunt in Poëtas bonos

bonos, admirantur tamen eos, & oblectantur eorum carminibus, vnde Iuuenalis in dicta satyra, Spes nulla vlterior, didicit nam diues auarus. Tantum admirari, tantum laudare disertos. Vt pueri Iunonis auem, id est, pauonem admirantur, & laudãt, quia lauduto nihil porrigunt, sed si possunt plumas aũferunt. Plena ferunt. Maro significantius distenta dixit Alba mulctralia, id est, mulctras hoc est, vasa in quæ mulgetur, lacte albicantia. Cymbia, id est, vasa, incurua in morem cymbarum facta. Carmina laudatis, sicut iam Iuuenalis dixit. Si quid concinnus, i. modulatius, & vt Persius. Si quid tamen aptius exit. Plauditis, id est applauditis vanas laudes, quia nihil commodi afferentes. Nam probitas laudatur & alget.

Mulctra Cimbia.

Cõcinnius.

Alget, quia nudus, & ita algore conficitur. Iuuenalis
Tadia nunc subeunt animos tunc seque suamque
Terpsichoren odit facunda, & nuda senectus.

Et post, neque enim cantate sub antro Pierio Thyrsumué potest contingere. Sana paupertas, atq; æris inops, quo nocte, dieque. Corpus eget, satur est, quum dicit Horatius. Ohe. &c. Omnem operam gregibus: Iuuen. Pectora nostra duas non admittentia cura: Magnæ mẽtis opus &c. Mapalia, id est casas & tuguria. Sæpe, sepimento. Est ablatiuus a nominat, sepes Nil superest oti, pro otij, enumerat autem

negotia

negotia pastoralia, volens á consimili etiam a lia intelligi. Tibi penula.i. vestis exterior attrita. Syluæ implumes.i. folijs spoliatæ. Fert omnia victus, id est aufert. Sicut Maro . Omnia fert ætas, animum quoque. Victus autem, id est, necessitas edendi vt viuas, aut victus, id est cibus, quo viuas. Fert, id est, absumit. Lanitiũ, id est lanam fœtusq; mares, id est, arietes & hœdos aculeatos reliquos Non vendimus agnas quia ad futuram propogationem recipit eas. Lac pascunt.i. sugunt, & absumunt dum pascũtur. Premitur nihil.i. non fit caseus mollis. Maro: & pressi copia lactis. Vbera siccant, ex Marone est, vt alia multa,

Pœnitet ingenij, si quid mihi pœnitet artis,
Pœniet, & vitæ, postquam mihi nulla secundant,
Et tot syderibus, quot sunt in nocte serena.
Hactenus, vt nosti, gratis cantauimus, ætas
Indiga paucorum, merces fuit, altera longe
Conditio senij, quod nunc subit omnium egenos
Reddit, & extinctus lucri spem viribus aufert,
Mox erit vtendum partis, modo quærere tempus.
En formica breuis, sed prouida bestia condit.
In brumam noua farra cauis æstate latebris,
Neue renascantur fruges, secat ore sepultas.
Syl. Scire genethliacos fatalia syaera dicunt
Hi sub Mercurio vates, & sub Ioue reges
Magnatesq; locant, istis dat Iupiter aurum
Atque magistratus, dat Maiæ filius illis.
Ingenium, linguam, ciiharas et carminis artem.

Hæc tua sors, quid quæris opes: Deus omnia in omnis
Diuidit, vt melius nobis vidit esse futurum,
Sorte tua contentus abi, sine cætera nobis,
Can. Sunt sibi diuitiæ, mihi carmina, quid petis ergo,
Carmen, & inuadis parteis Syluane alienas?
Syl. Non tibi surripio carmen, nec Apollinis arma.
Sed dare dulci sonis aureis consentibus opto.
Cand. Si gaudere meis igitur consentibus optas
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est.
Syl. Ille meis opibus gaudet, qui diligit odit
Inuidos, atque animo bono fert aliena molesto.
Cand. Sic quoque tu nostris absens gaudere camœnis
Sat potes hæc artis, sat sint tibi gaudia nostra
Carmina sunt auris communia cæsus oris
Si cupis cuditu, fac nos gaudere palato.
Hoc amor, hoc pietas, hoc vult Deus omnia, non dat
Omnibus, vt nemo sit satis, indigeatq́.
Alter ope alterius, qua res coniungit in vnum
Omne genus: Gallos, Mauros, Italos, & Iberos.

Pœnitet ingenij. Prosequitur Candidus querelas suas. Pœnitet ingenij, id est habere ingenium ad carmen aptum, si quid mihi, scilicet est ingenij Multa secundant, id est prospera sunt, vt ventus, & fluctus secundus, id est sequens. & a tergo veniẽs nauigantibus. Quot sunt, id est, apparent, Non enim plura sunt gratis, id est, sine mercede, sed ætas, scilicet, luuenilis. Indiga, i. indigens paucorum non enim subiecta est morbis, nec tanto eget munimento contra frigora, Quod scilicet senium

Indiga.

nunc

nunc subit, id est, subrepit, non animaduertẽtibus nobis. Omnium egenos reddit: Vide Iuuenalem: Extinctis lucri spem viribus aufert. Mox erit vtendum partis, id est, acquisitis in iuuenta, nunc quærere pro quærendi, tempus subaudi est. En formica Salomon Prouerb. sexto. Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ quum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem parat in æstate, cibum sibi & congregat in messe, quod comedat. Et 30. Formicę populus infirmus, qui præparat in messe cibum suum. Horatius secundo Sermonum, sicut paruula. Nam exemplo est magni formica laboris, Ore trahit quodcunque potest, atque addit aceruo. Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri. In brumam, id est, ad breuissimum diem, vt cum in solstitio hyberno. Ordo est. Condit, id est, abscondit, æstate, id est, per æstatem cadis latebris farra noua. Neue, pro neque, & ne renascantur, id est, germinent, secat ore, id est, germen auferendo dirumpit, fruges sepultas, id est, absconditas in terris. Genethliacos, id est, de Genesi & natiuitate iudicantes, qui inspecto natiuitatis horoscopo, futuram vitam prędicunt. Hi scilicet, genethliaci, & Mathematici, locant sub Mercurio

Formica. Burmam. Condit. Neue.

curio, id est, hora nascendi, qua mercurius dominatur, Vates, id est, prophetas & poetas, & omnes prudentes, cautos ac ingeniosos. Et sub Ioue reges magnatesqùe Vnde secundũ Homerum in Illiade. Honor autem ab Ioue est. Maiæ filius, id est, Mercurius, dat illis, scilicet vatibus sub se natis ingenium, & ita vult eos contentos esse debere sua sorte, dicẽs, sorte tua contentus abi: sine, id est, relinque, cætera, id est, diuitias, & opes, nobis, id est qui ingenium & carminis artem nõ habemus. Quid petis ergo carmen? id subtilis oblectio. Non tibi surripio carmen. Callida quoque responsio. Nec Apollinis arma, cytharam scilicet, cuius est inuentor, ac cætera instrumenta musica quia in medio residens complectitur omnia Phœbus, est enim princeps musicorum. Horatius. Lyræ solers & cantor Apollo, Vnde secundum Plinium Heroicum cæ; men oraculis Apollinis debemus. Et ideo Augustus illi ædem consecrauit, ad quam carmina Phœbo digna ferantur, de qua Persius. I. Ad sacra vatũ carmen affero nostrum, & Inue. Musarum & Apollinis æde relicta. &c. Si gaudere. Rursus aeris obiectio, & subtilior purgatio, sed subtilissima rursum relectio. Carmina sunt Auris conuiuia, caseus oris. Pulchrum & prouerbiale, id est, Quæ res coniungit in vnum, Id verè dicit.

dicit. Nam propter egestatem, & mutua auxilia sunt inter varias nationes commercia Iberos, id est, Hispanos.

Sydera iungamus, facito mihi Iupiter adsit.
Et tibi Mercurius noster dabit omnia faxo,
Pileolum, virgam, citharas, nodum Herculis alas,
Syl. Vana supervacuis inculcas plurima verbis.
Cand. Vana inquis? quæ damnatus inferne videntur.
Dimitte, si vis nostras audire camœnas,
Erue sopitam de soli cinere mentem.
Vult hilares animos tranquillaque pectora carmen,
Torpeo, ut esuriem patiens, & frigora milvus.
Iam dudum squarrosa cutis, sitis occupat ora.
Nec pecunias in stabulis, nec in agro farra, nec aurum,
In locellis, & vis positis me vivere curis?
Non facit ad nostros talis medicina dolores.
Fac alacrem, tege, pasce, gravi succurre senectæ,
Inuenies promptum versu, & cantare paratum
Plena domus curas abigit, cellaria plena,
Plena pecus, plenique cadi, plenique lagena
Horrea plena, greges lati grauis ære crumena.
Tunc iuuat hybernos noctu vigilare Decembres
Ante focum, & cineri ludos imitare bacillo,
Torrere, & tepidis tostas operire fauillis
Castaneas, plenoque situm restinguere vitro.
Fabellasque inter ventes videre puellas
Tytirus (ut fama est) sub Macenate vetusto
Rura, boues, & agros, & Martia bella canebat
Altius, & magno pulsabat sydera cantu,
Eloquium fortuna dabat, nos debile vulgus,

Pannoso, macie affectus, farragide pastos,
Aoniæ fugunt Musæ, contemnit Apollo

Sidera iungamus, id est, Iouem cum Mercurio, id est, communica mihi dona Iouis, & communicabo tecum dona Mercurij. Faxo i. faciam, vt Mercurius noster, i. poetarum pater & ingenij largitor, det tibi pileolum, id est galerum, qui Mercurio assignatur, quod semper ferè radijs solaribus quasi galero tectus sit. Virgam. id est, caduceum Vnde Mar. Aeneidos. 4. Tum virgam capit, hęc animas ille euocat orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat. Ille fratus, agit ventos, & turbida tranat Nubila. Id autem ex vltimo Iliados sumptum videtur, qui locus sic versus est. Tũ virgam capit, hac oculos deus excitat ipse. Hac dulces suadet somnos, & lumina claudit. Macr. li. 1. Satur. ducit caduceũ duob⁹ draconibus ornatũ fuisse mare & fœmina in nodũ obligatis inuicem parte media voluminis sui. Vnde Mart. lib. 7. Cyllenes, cœliq; decus facunde minister, Aurea cui torto virga dracone viret. Citharas, quia tetrachordum inuenit, id est, quatuor chordarum, quum, Apollo septem chordarum inuenisset. Vnde Hora. li. 1. Carminum Cutuæque lyrę parentem.

Faxo Pileolum.

Citharæ.

Nodus

Nodum

Nodum Herculis, id est, inextricabilē, qualē Herculis. Hercules inuenit qui, nec principium nec initium habere videbatur, qui tamen dissoluere it. diūes erat, hunc in caduceo iam ex draconib⁹ consertum diximus. Alij Herculanum nodū dicūt nō ab Hercule inuētum, sed a Mercurio Verum ab Hercule dissolutū, nō quidem arte, sed vi, quod & Alexandrū magnū feciſſe dicūt. Vterq; tamē, & Mercuri⁹ mercīū, ac mercatorū deus, & Hercules. diuitias, quibus fauēt. conferre dicūtur. Vnde Hor. Diues amico Hercule. Et Perſius. O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria, dextro Hercule: Antiquitas enim (vt ſcribet Diodorus) fabulata eſt Herculem dixiſſe poſtquam ad deos tranſlatus erat, qui ſibi decimum bonorum dicarēt, vitam fœlicem ducturos, quod Lucullus di- Lucullus. tiſſimus, & alij Romanorū plurimi fecerunt, vſq; adeo vt ex decimis illi templū egregium transl iberim ædificarint. Per nodū ergo intel ligā difficultatē acquirēdarū diuitiarū, quas vterq; confert. Mercu. quidē vafra mēte & ingenio cauto: Hercu. vi qua aurea mala abſtulit Aiax, quibus a dijs ornatus mittitur, vt Aeneas Hic primū quibus nitens Cylleni⁹ alis Conſtitit, &c, Vult hilares animos. Vnde Ouid. Carmina proueniūt animo deducta ſereno.

Squarroſa cutis. Squarroſi dicūtur quorū cutis Squarroſa

exurgit ob assiduam illuuiem. Lucillius Verorum ac rapidum squarrosa incondita rostra promptum versu id est, ad versum. Videri potest datiuus antiquus. Plena domus, scilicet diuitiarum curas abigit, quod tamen multis cõtra euenit. Nam vt dicit Iuuen. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Horrea plena. Legam melius. Hordea plena Greges æti, id est, pingues, qui lætitiam affecerunt dominis, aut bene curati, & ita reuera læti. Grauis ære crumena, id est, marsupium, vt quidam dicunt ære, pecunia, quia ærea primum fuit. Vnde ærarium quem fiscum nunc appellant. Ludos in arare, id securi faciunt rustici diuinare facientes quem sulcum retigerint, Bacillo, paruo baculo, & dicitur in nominatiuo hoc bacillum. Tityrus. id est Virgilius. Farragine pulmentario ex farre affecto. Aoniæ, quæ in Phocidis mõtibus, quos Aones olim habitauerunt, frequentes sunt.

Crumena
Aerarium

Bacillum.
Farrago.
Aoniæ.

Syl. Si sperata mihi dederit fortuna quod opto,
Cantide, præsenti te sollicitudine soluam.
Cand. O vtinam, Syluane, foret tibi tanta voluntas,
Quanta est hac etiam tibi tempestate facultas:
Non ego diuitias Cosmi non Serica posco.
Pallia, non Tyrias chlamides, non prandia regum,
Non patinam Æsopi fasco, clypeumue Minervæ.
Nil opus est regis laribus, cui ferrea nomen
Tradidit, aut si mens non fallitur, ænea barba.
Hæc me iampridem memini dedicisse sub Umbra Postilo

Poſtulo veſtitum, peto victum ſubdare parua,
Certior iſtud opis toti non defore vitæ.
Sint mihi Pythagoræ merſæ, Codrique ſupellex.
Sæpe alios, qui ſpem dederint inuenimus ore
Magnificos, ſed re modicos, tibi fidimus vni.
Tu mihi ſi fueris mendax præciditur omnis
Spes, vt ſolſtitio fiam philomela reuerſo.
Mutus & elinguis ſuſpendere poſtibus arma
Tempus erit, clauſoque abigi ſpectacula circo,

Si ſcelerata, &c. Graphicé oſtendit quod Ouidius dicit quia pollicitis diues quilibet eſſe poteſt, Non ego diuitias Coſmi. Alij Coſmæ legunt, illius Florentini diuiſſimi. Sed & Coſmi multi fuerunt diuites congruumq; eſt diuitibus nomen. Nam *KOSMOS* dicitur ornamentum & mundus. *KOSMOV* idem quod orno. Vnde, & Latini mundum pro ornamento accipiunt, dicentes mundum muliebrē, quæcunque ad mulieris ornatum faciunt, Non ſe rica poſco pallia. Seres populi ſunt circa Iadiam apud quos ſunt arbores lanigeræ ſine vermibus, quarum frondibus canitiem depectunt aqua perfuſa, ex quo vellere veſtimenta conficiuntur quæ ſerica appellantur, vt auctor eſt Plinius. Vnde, & Mar. Vellaraque vt folijs depectunt. tenuia Seres. Errat autem Seruius qui Serica à bombicibus confici vult, quum bombices non apud Seres, ſed in Arabia & inſula Coo peculiariter proueniant. Qui quidē bō-

Seres. Serica.

Bombyces

Bombycina

bices

Dibapha. bices vermiculi sunt, relasque aranearum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Iuue. Quarum delicias pannus bombycinus vrit. Non Tyrias chlamides, id est vestes ex purpura dibapha, id est bis tincta, vt apud Tyrium fiebat & idcirco in magno erat pretio. Non prandia regum, id est, prædiuitum. Persius, in luxum, & prandia regum. Non patinam Æsopi, id est, qualē procurault Æsopus, non fabulator ille Phrygius sed Romanus histrio, qui filijs ex quæstu histrionico ducenties sestertium reliquit, quas opes filij absumpserunt. Vnde Horatius secūdo sermonum filius Æsopi, detractam ex aure Metellæ, scilicet vt decies solidum exoreret, aceto. Diuit Insignem baccam, id est margaritam, seu vnionem prætio decies sestertium, aceto liquefecit, & absorpsit. Et ita filius hic notaretur, qui etiam Æsopus dici potuit. Literæ enim omnes diffamant patinam Æsopi: Vnde & Beroaldus, Iam patina Æsopi cedat, iam luxus Apici, & Ptolemęorum prodiga luxuries. Clypeumué Mineruæ, id est, quanti æstimata est ægis in pectore Mineruę, quæ prudentiam denotat, qua pectora sapientium muniuntur. Nil opus est regis laribus, id est domibus aut ædibus, cui ferrea. &c. Quidam? Pyrrum intelligerent, qui (vt Seruius tradit)

Æsopi patina.

Pyrrhus.

quum

quum à patre vocaretur Neoptolemus postea dictus est Pyrrhus, à colore pilorum, quia sub rufus erat: Ego autem intelligo de Nerone, aut maioribus eius, qui æneam dicti sunt habere barbam atque Ænobarbi vocati. De qua re sic dicit Sipontinus Ænobarbus, hoc est, rutilam quasi æneam barbam habens fuit cognomen Domitiorum, ex qua familia Nero fuit. Auctorem autem originis pariterq; cognominis habuerunt, L. Domitium, cui rure quõdam reuertẽti iuuenes gemini augustiore forma apparuerunt, iusseruntq; nuntiari senatui ac populo Romano victoriã, de qua adhuc incertum erat, atq; in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, vt è nigro rutilum ærique allimilẽ capillũ redderent, q̃ insignè mansit, & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Vnde C. Domitiũ Neronis attauum, qui tribunatu suo pontificibus offensior fuerat q̃ alium quàm se in patris sui locum cooptasset, ius sacerdotum surrogandorum a collegijs ad populum transtulerat, ac in consulatu Allobrogibus Aluernisq; superatis, elephanto vectus fuerat, turba militum quasi inter solẽnia sacrificij prosequente Lucius Crassus orator dixit non esse mirandũ, quod æneam barbã haberet, cui os ferreũ, cor plũbeũ esset. Hęc ille. Quia ergo Neronẽ constat paladũ sũptuosissimum ex-

Ænobarbus

extruxisse, estqúe de Æno barborũ familia de illo intelligendum, putem. Vnde dicit Suetonius in eius vita, quod non in alia re damnosior, quam in ædificando fuit. Nam domum á palatio. Exquilias vsque fecit, quã primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutãque auream nominauit. De cuius spatio, atque cultu sufficeret hęc retulisse: Vestibulum eius fuit, in quo Colossus ducentorum viginti pedum staret. Ipsi effigei tanta laxitas, vt porticus triplices miliarias haberet, item stagnum maris instar circumseptum ædificijs, ad vrbiũ speciem. Et reliqua quæ prosequitur. Tranquillus ibidem. Dubitat autem an ferrea barba illi nomen dederit, vel quod ferreus, id est, durissim' esset. vel quòd os ferreum dictus est habuisse Domitius, vel quòd rustico congruit de nominis causa dubitare, sicut illi In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter? Descripsit radio totum qui gentibus orbem, hęc me iampridem memini didicisse, Valla diceret non esse dicendum, iampridem didicisse quia persistentem actionem, & præsens tempus efflagitant iampridẽ, iamdudũ, iam olim, aut olim iam. Verùm licet durius posset dici, Iam pridẽ memini. At Agretius negabit rectè dictum Memini dixisse. Vult enim memini cum præsenti constituendũ, sed Valla contrà sentit,

in Ra-

in Rauden Vnde,& Persius.Nec me in bicipiti somniasse Parnasso memini: Sub Vmbro,de quo prius dictū est. Id autem addit, ne contra decorum peritior haberetur pastor, aut vt præceptori suo ingratus non sit, quem nescio an Si pontinū dicam,à quo plurima sumpsisse videtur. Sint mihi Pythagoræ mensæ,qui carnibus abstinuit, & ventri indulsit non omne legumen, quia etiam fabis abstinuit, sed herbis vescebatur crescentib. in hortis vnde epulum possis centū dare Pythagoreis Codriqúe supellex pauperis Poetæ ac philosophi,de quo Pythagoras, Codrus
Iuue. Sat. 3. Lect⁹ erat Codro procula minor vrceoli sex, Ornamentum abaci, nec non, & parnulus infra Cantharus,& recubans sub eodem marmore Chiron.

Iamque vetus Græcos seruabit cista libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.

Nil habuit Codrus, quis enim negas,& tamen illud: Perdidit infœlix totum nil, Hęc ille. Ore,id est,pollicitationib. Magnificos sedere,id est, exhibitione pollicitorum modicos. Tibi fidimus, id est,confidimus. Ego fiam philomena reuerso solsticio, quia mutus, & elinguis,id est,nihil canam, sicut nec philomena, quæ in vere præcipuè canit. Suspendere postibus arma tēpus erit. Arma,id est, fistulā & plectra, & cætera instrumenta musicalia: alludit tamen

tamen ad arma pugilum, qui ad postem Herculis figebant arma sua, quando essent emeriti, aut amplius exercere nollent, sicut & cæterorum officiorum dijs sua, quicunque amplius vti nollent suspendebant arma. Et tempus erit abigi spectacula, i. spectatores. Circo, id est, theatro clause.

Arma. Circus.

Syl. Candide vidisti Romam, sanctiq; senatus
Pontifices? vbi tot vates, vbi copia rerum
Tantarum, facile est illis ditescere campis.
Cand. Decipieris, me velle putans ditescere, vesci.
Et lupus omne animal crudis existimat escis.
Tuq; putas alios, quo tu pede claudere passum.
Non ego ditari cupio, sed viuere paruo
Fac habeam tenuem sine solicitudine victum,
Hoc contentus eam, Romana palatia vidi,
Sed quid Roma putas mihi proderit ô Syluane?
Occidit Augustus nunquam rediturus ab Orco.
Si quid Roma dabit, nugas dabit accipit aurum,
Verba dat heu Roma nunc sola pecunia regnat.
Exilium virtus patitur sperare tubemur.
Vndique, & in tota vates spe pascitur orbe
Syl. Dic pugnas, dic gesta virum, dic prælia regum.
Vertere ad hos qui sceptra tenuet qui regna gubernant
Innenies, qui te de sordibus eruat istis.
Cand Inueniam qui me derideat, & subsannet,
Tempestate ista reuerentia tanta poesi,
Quanta lupanari quid me Syluane lacessis?
Syl. Non decet obscœnis vatem prorumpere verbis.
Cand. Non possum non vera loqui, si vera taceri,
Forte velis leuibus me parce lacessere dictis,

Syl.

Syl. Vtile consilium præstare lacessere non est.

Candide vidisti Romam: Discrtè describit morem auarorum, qui ne inuenti alio, mittūt opem implorantes. Sanctiúque Senatus pontifices, id est, Cardinales, sicut canitur clarè: senatus apostolorum, quem Cardinales, representant. Facilè est, illis ditescere campis, vbi scilicet tot diuites sunt. Deciperis, me velle putans ditescere. Non enim quæro ditescere, sed victum & vestitum quib⁹ cōtentus quis sit: vesci crudis, id est, incoctis escis scilicet Carnibus, quibus ipse vescitur. Tuúque id est. & tu putas alios claudere passum, id est, ingredi eo pede, quo tu id est moueri ea affectione. qua tu Per pedes enim sæpe intelliguntur affectiones, hoc est, quia tu cupis ditescere censes omnes id cupere. Tenuem sine sollicitudine victum. Non ergo affluentiam petit, sed securitatem, quam tamen Saluator sine solicitudine a se sperādam docet, verans ne soliciti simus quid bibamus & comedamus. O Syluane, Spondaicus versus non ineptus, quia & lāguorē animi loquentis & pondus rerum habet. Augustus, i. beneficus in poëtas. Virgilium. Horatium. Tuccam, Varrum cęteroſq; principes nugas, pollicitationes inanes. Sola pecunia regnat. Hoc

Horatius: Et genus, & formam regina pecunia donat. Ouid. Dat census honores, Census amicitias, pauper vbiq; iacet. Iuuenalis. Quantū quisque sua nūmorum seruat in arca. Tantum habet & fidei. Et rursus Horatius. Hos solos aiunt sapere & bene viuere, quorum Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Et iterum Iuuenalis de Romanis loquens.

Quandoquidē inter nos sanctissima diuitiarū
Maiestas, etsi funesta pecunia templo.

Nondum habitas, nullasq; nūmorum erximus aras. Vt coditur pax atque, &c. Exiliū virtus patitur. Idem Iuue. Aude aliquid brecibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquid probitas laudatur & alget, Criminibus debetur honos, &c: Vatis ipe pascuntur omnes, quia nihil recipimus. Dic pugnas, dic gesta virūm. Aliud subterfugium auari. Vertere, Imperatiue à vertor, id est, sis conuersus, & verte te ad hos. i. ad eos qui tenent sceptra, id est ad reges, & subsannet: Iterum spondaicus. Versus consimili ratione compositus. Quanta lupanari, id est prostibulo, aut prostitutis. Lupas vocabant olim prostitutas vnde & prostibula lupanaria. Hinc fictum volunt Romulum à lupa nutritum. Non decet per alium, sc castigat leuibus dictis id est non parcis, aut modicis, sed vanis aut contumeliosis, sicut mulieres le-

Nugæ. Pecunia.

res leues, quibus prostituta est púdicitia dicũtur, & mores leues, qui inconstãtes. Me parce lacessere. Parce, id est, abstine, vt Aeneidos primo. Parce metu Cytheræa.

Cand. Consilij locuples ego, sed pauperrimus auri,
Quis pugnas, qui gesta virum, qui prælia regum
Dicet inops vates, cui nec quo fistula possit
Aprius incidi, fieriq; foramina culter?
Aspice, vt excussis laxata manubria clauis,
Vt dentata acies, veteriq; simillima ferra
Hoc leue, sed mensa graue & intollerabile dammum,
Vtile consilium firmat, sed in vtile mentem
Frangit, & extenuat vires, animumq; retundit.
Magnates dare parua pudet, dare magna recusant,
Adde quod & nostri curant ita carmina reges,
Vt frondeis aquilo, mare, libs vincta pruina.
Ipsi ad delicias reges & ad otia versi,
Quod celebrant, laudari, optant, hinc carmina manant
Perdita de studio Veneris, de scurrilitate,
De ganea, de segnitie, de infamibus actis,
Qua castum, capitale nefas, celebrare poetam.

Consilij locuples ego, sed pauperrimus auri. Horat. etiam geniuo construxit, dicens. Horum semper ego optarem pauperrimo esse bonorum. Qui. id est, quomodo, aut quo id est, quare dicet inops vates pugnas, &c. Cui nec li est culter, quo fistula possit aptius incidi, & s. quo foramina possunt fieri. Aspice vt manubria. s. cultorum, id est capuli, quibus capiantur, & tenentur in manib. s. sint. Laxata,

id est laxa, & dissoluta Clauis, id est, clauiculis quibus compinguntur. Excussis, hoc dicens ostendit cultrum suum. Et aspice, vt, id est, qualiter. Acies, scilicet cultri, id est acuta eius pars. Sit dentata, i. in modum serrę, in dentes efficta. Vnde addit: veteriq; simillima sertæ, quam Dedalum inuenisse quidam volunt, ad similitudinem maxillæ serpentinæ. Hoc damnum, scilicet de iuramentis, & vestitu. Est leue, id est, tollerabile. Sed mensæ, id est, victus est graue & intollerabile. Magnates dare parua pudet, quia vt dicit Horatius: Magnos magna decēt, Sed hæc vafra mēte scimus nonnullos vsus, dicentes petentibus magna, indignos esse, qui magna recipiāt & exiguum quiddam orantibus se non decese tam exigua munera conferre. Vt frondes aquilo, qui eas nihili facit, vt libs ventus libicus curari mare, in quod sępe seuit. Et vt pruina, id est ros congelatus, aut gelu maturinum: Curant vineta, i. vites, quod etiam nihil est, qua etiam congelantur. Ipsi ad diuitias Ordo est. Ipsi reges, id est, prępotentes versi ad delicias, id est, delectationes & illecebras carnis. Et ad otia, id desidiam. Optant laudari, quod celebrant id est, oblectamēta sua. Studio Veneris, id est, an oribus impudicis. De scurrilitate, i. inhonesta dicacitate. De ganea, i. caupona, & gulositate. De segnitie

Libs. l

tie, id est, desidia. dicuntur enim segnes seorsim ab igne, qui actiuissimus est, tepidi & ignaui. De infamibus actis, id est priuatis, quũ gesta ferè sint publica. Melius autem (auctore Valla) acta, quam actus in hac significatione dicimus. Quę castum capitale nefas celebrare poëtam. Idem sancte, & catholicè sentit in eo opusculo contra impudicè scribentes, vnde explodenda est. Catullana sententia. Nam castum esse decet pium poëtam ipsum versiculos nihil necesse, qui tum deni que habent salem & leporem. Si sunt molliculi ac parum pudici. Cui tamen multi gentilium subscripserunt. Vnde ad voconiã poëtam Adrianus imp, Lasciuus versu, mente pudicus eras. Et Oui. de se, Crede mihi mores distant a carmine nostro. Vita verecunda est, musa iocosa mihi. Et Mart. lasciua est nobis pagina, vita proba.

At qui dura manu gesserunt bella potenti,
Fortiter vtentes ferro non molliter auro
Dilexere graues musas: heroica facta
Qui faciunt reges heroica carmina laudant.
Vt cessere viri fortes, & mascula virtus,
Dicendum altiloquis nihil inuenere poetæ.
Occidit ingenium vatum ruit alta poesis.
At si fortè aliquis regum gerat aspera bella,
Et decus armorum studijs, belloq́ parauit,
Nil genus externum, venturaque sæcula curat:
Laude sua gentis satur, & præsentibus annis
Barbarus est neque carmen amat, vel auarus in auro

Acta.

Mergitur, atque Midæ curis flagrantibus ardet.
Est & apud reges rudis inuidia, rustica turba.
Mimus, adulatur, leno, assentator, adulter,
Histrio, scurra quibus virtus odiosa, poetas
Mille modis abigunt, vt quando cadauera cornix,
Inuenere, fugant alias volucresq; feraſq;

At qui dura, &c. At particula aduersatiua, locum habet vbi contraria nectimus iam dictis, vt dictum de Ænea in fine tertij. Factoque hic fine quieuit. subdit de Didone principio quarti. At regina graui iamdudum saucia cura. Pulchrè ornat carmen epithetis, quæ sic constituuntur. At qui gesserunt potèti manu dura bello forte, &c. Dilexere graueis mu sas, regas qui faciunt heroica facta laudât heroica carmina, Vt id est, postquam. Viri fortes cessere, id est, è medio sublati sunt, quia fortes cedere nesciunt, & mascula, id est, virilis virtus: At si fortè, bene occurrit argumento, quod iam cuiuis in promptu est. Nam si heroica gerentes, heroicis gaudent carminibus quæras curad illos non abeat, illoque canat Cand. Ad quod respondet raros quidem esse qui heroicè viuant, & si qui sint eos non habere curam de æterno nomine, Midæ cutis, i. auaritia, qua ductus petijt à dijs, vt quicquid contingeret, aurum fieret, quo impetrato, inedia absumptus est. Nam & cibus, & potus in aurum versus est. Est & apud reges, &c. Alia causa

causa, cur apud reges non sit poetis locus, quia illic sunt literarum, & probitatis hostes, vtpote rudis, & rustica turba, cum poetę sunt pauci, vrbani & eruditi. Mimus, id est, gestu corporis morum imitatur cum poeta grauis remmore philosophorum seuerè naret. Adulatur cum poeta sit seuerus. Leno cum vet⁹ poeta, sit turpitudinis omnis hostis. & expulsor. Assentator, cum poëta sit virtutis laudator. Adulter cum nihil musis sit magis contrarium, quam adulterium, tum quæcunque poetis optantur casta sunt, vt Pierides, Minerua, Daphne fontes. Histrio, cum poëtę suæ dignitati cõsulant. Quibus, scilicet omnibus virtus est odiosa. Poetas mille modis abigunt, quasi à præda iuuenta, vt quando cadauera corui inuenere aptior esset similitudo, si honesti a rebus honestis abigantur per inhonestos, vt apes a floribus per araneas.

Sunt etiam vates quidam sine lege petulci.
Qui sine lege aliti, sine præceptoribus audent,
Quicquid amant reges, & amant infamia solum
Scribere, Nam vates etiam dementia vexat
His se nescio qua mentis leuitate poetas
Esse volunt, postquam trivialibus ora eicuris
Applicuere sibi, applaudunt sua carmina iactant,
Insulsi, illepidi, indociles, improuidi vepres.
Qui solet his vacuas præbere ambagibus aures,
Id vnum commune puta, docliss. resistit.

Vatibus à vero indoctus discernere falsum
Syl. Candide per superos, per Olympica numina iuro,
Me tibi (si venti veniant ad vela secundi)
Laturum auxilium, meliora in tempora viue.
Nec paulisper adhuc mecum sperare recusa.
Cand. Si mihi sic optas, tibi sit Syluane, quod optas.
Syl. Opto equidem, dictumq; fides non sera loquetur.
Cand. Vade mulis, auibus, nunquam rediturus auare.
Et facias subit quicquid tractaueris, aurum
More Midæ quando virtus tibi vilior auro.

Sunt etiam vates. Docet tertiam causam, cur poëtis non sit apud reges locus, quæ est, quia multi versicolorem ineptorum factores & turpes vitæ homunciones, sacrum poëtarũ nomen indignissimè sibi vsurpant, quod ægerrimè patitur Horat. dicens in arte. Descriptas seruate vices operumque colores. Cur ego si nequeo ignoroq; Poëta salutor. Petulci, id est, petulantes, audentes, quæ non possunt. Nam Vates etiam dementia vexat. Non equidem graues, sed leues & futiles triuialibus ora cicutis. Cicuta est herba fistulosa qua pastores canere solebant. Maro: Est mihi disparibus septem compacta cicutis. Fistula. Idem Non tute in triuijs indoctè solebas. Stridenti miserum stipula disperdere carmen, quod in compitis, & triuijs ab indocta rusticorũ pube in cõpitalibus, & ambaualibus cantari solebat. Sibi applaudant (sibi placentes

centes, sua carmina iactant, existentes insulsi. i. sine salib⁹ sermonis, illepidi, i. sine lepore, ac venustate sermonis, indocile quia discere nolunt, & ita incorrigibiles. Improuidi, quia non videntes se ad interitũ tẽdere, & alios ducere. Inepti. i. amusi, & ab omni aptitudine tũ verborũ, tũ factorũ abhorrentes. Ambagib⁹ i. verborum incultationibus, cùm artẽ verã non habeant id vitiũ cõmune putat, & ita reiecit bonos ꝓpter malos, à vero indoctus. i. ne sciẽs discernere falsũ. Cãdide per superos. Videns Syluanus Cani dũ virtutis amatorẽ verãq; poetã, pollicetur operã cũ iuramento nihil tamẽ confert in eũ. Per olympica, i. per cœlestia. Nã prouerbiale, i. si res prospere mihi succedant. & eueniant mihi, quæ opto, meliora in tẽpora viue. Virg. Aenei. id est. Durate & vosmet rebus seruate secundis. Paulisper. per paululum temporis. Fides non sera, id est, non tarde faciens quod dixi. Nam fides videtur autore Cicerone, dicta, eo quod fiat dictum, siue quod dictum & conuentum est. Candidus autem non contentus pollicitationibus, imprecatur in abeunte omnia mala dicens. Vade malis Auibus, id est, malo auspicio quasi dicat in rem malam, nunquam rediturus. A=

Auare, hoc autem videtur dicere in absentem quasi ob murmurando. postquam se nihil recepturũ sperauit & facias subito quicquid tractaueris aurum More Midæ de quo iam diximus. Quando, id est, quãdoquidem, virtus tibi vilior auro, scilicet est, cum tamen Horatius in Epistolis contra dicat.

Vilius argentum est
auro, virtutibus
aurum.

ECLO-

ECLOGA SEXTA

DE CIVIVM, ET RVSTICORVM DISCEPTATIONE INSCRIPTA

Cornix,

Ioannis Murmelij Argumentum.

Cornix enarrat discrimina Ruris & vrbis
Et pergit varios stultorum carpere mores.

CORNIX ET FVLI.

NINGIT Hyems mugit boreas, à culmine pendet,
Stiria, depositis bobus requiescit arator.
Dormit humus, clauso pastor tunicatus ouili,
Cessat iners, sedit ante focum fumosa Neæra,
Atque polenta coquit, prius intollerabilis æstas
Nunc laudatur hyems, æstu leuata molesto.
Displicet optatum damnat præsentia frigus.
Ful. Omne bonum præsens, minus est sperata videntur.
Magna, velut mauis reddit distantia lumen.
Cor. Delicias habet omne suas, & gaudia tempus,
Aspice vt impexi, tritâq; in veste ligati,

Cade

Cade suum pueri exultant, inflatur in vtrem
Immissis vesica fabis, sonat, & micat acta
Nunc pede, nunc cubito, stricto nunc obuia pugno
Si cadit, attollunt, cursu, labor, atq; recursu
Brumam abigit, glaciale gelu, pila rustica vincit.
Nos tamen hic melius tepido substramine foci
Transigimus tempus, dum lac coit igne recoctum.
Ful. Pauperiem declarat hyems, improuida certe
Turba sumus iuuenes, securi aestate vagamur
Immemores hyemis nostrum as tibicinis omne est:
Vt redit e Scythia Boreas, nidosque volucrum
Frondibus, ostendit nudata cadentibus arbor,
Frigemus nudi scapula, dorsum ilia plantas,
Stultitiam declarat hyems sapientius vrbes.
Congeriem nummum accumulant, & ad ilia vulpes
Melotasq; trahunt, maculosaq; tergora lyncis.

Ningit hiems. Contentio est inter Cornicem pastorem, qui partes rusticorum agit. & Fulicam, qui vrbanorum de pręstantia fortunæ, vtrorumq; occasione, cuius multa quasi satyricè dicuntur in mores potiꝰ cinium quã rusticorum. Videntur autem tam Cornix quam Fulica pastorum nomina. Vterque enim se rusticorum profitetur & masculino genere nominat. Hyems, id est tempestãs pluuiosa, & niuosa. Boreas ventus frigidus a septentrionali plaga, quæ frigida est flans. Mugit, mugitũ imitatur flatu alto Stiria. i. glacies concreta. A culmine, a tecto, dormit humus sopitur uiue, & non exercetur Pastor

stor tunicatus, quia otiosus, vnde dictum est a poëta, Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colonis. Neæra coniux rustica, fumosa, quia ferè ligna viridia tua malè sicca comburunt. Atq; polenta coquit. Oui. Quod coxerat ante polenta. Reperitur tamen & fœmininum, cum hoc solum inter latina primæ declinationis reperiatur neutrum. Omne bonum præsens minus est, id est minoris æstimatur quia nemo cõtẽtus sua sorte: vnde Ho. in principio ser. Qui fit mœcenas, vt nemo quã sibi sortẽ, seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa cõtẽtus viuat. laudet diuersa sequẽtes? Verũ tamẽ id cõtra vsũ venit, vbi minimè op⁹, quia bona terrena eo ꝙ præsẽtia sunt, plus nos delectãt, quam cœlestia quę futura sperãtur. Aspice vt impexi. Docet exẽplis nõ rerũ sed animorũ esse discrimẽ. Nã pueri nudi etiã hieme oblectãtur varijs, vt ca de suũ. i. porcorũ, vt vesicã habeãt. cui⁹ agitatione brumale frig⁹ superẽt, & rustici pilã magnã vẽto inflatã manib⁹ pedibusq; agitãtes glaciale gelu nõ curãt. Pauperiẽ declarat hyes, i. paupertatẽ. En tamẽ interdũ dãnũ vt. Si quadrupes, pauperiẽ fecisse dicatur, Nos iuuenes sumus, turba improuida, quia securi æstate vigãmur. Nostrũ æs, i. pecunia nostra, est tibicinis s. canẽtis ad choreã instituẽda. Cõgeriẽ nummum, i. nummorũ per syncopam, & ad ilia, s.

Neæra. Polenta.

Melotas. fouenda,& cooperienda,trahunt, id est contrahunt. Vulpes,id est pelles vulpinas,& *MELOTAS*, id est,pelles ouinas, græcum est. Cætera nota sunt.

Cor. Disipiunt omnes,nec nos in crimina soli,
Imo ipsos vexat grauior dementia cunctos,
Verum illis mater,nobis fortuna nouerca.
Nos præmit,infœlix sors est dementia,fac sim
Fortunatus,ero locuples,ero primus in vrbe
Audiar,assurgent omnes,me vertice nudo
Vulgus adorabit,me plebs,me consulit omnis
Turba,magistratus etiam populusq́,patresq́.
Ful. O Cornix,Cornix,non est fortuna sed ipse
Qua sapiunt homines,animus fortúna potentem
Non facit,imo Deus: causam recitabat Amyntas.
Cor. Est fortuna Deus,sed quid recitárit Amyntas,
Dic precor,in causis erat ingeniosus & acer.
Ante tamen paulum pecus & præsepia vise.
Vade,redi,calor est post frigora dulcior,ito.
Ful. Attingit vix alta genu,vix tecta resistunt
Tanto oneri sublimis apex in vertice furni
Pyrannidem fecit,metaq́, assurgit acuta.
Co Da pecori cordum stipulisq́, foramina claude.
Si paries hiat,& rediens latamine mani
Limina,nulla gregi,grauior quam frigora,pestis.
Iam ne ades?oh quanam hoc properantia maior?
Ful. Sollicitum me reddit hiems in frigore,& igni
Maxima strenuitas fœno recubare calenti.
Abscondiq́, cauo accubitu post frigora dulce est.
Cor. Incipe & enarra discrimina rurís & vrbis.

Disipi-

Disipiunt omnes, id graphicè docet Hora. 2. Ser. nec mirum, quia stultorum infinitus est numerus. Nos, scilicet rustici, vnde se rusticos asserunt. Verum illis mater, id lepide q; Plinius de natura, dicit, quæ nobis multa contulit magna, & sæua mercede, ita vt non sit faciliè existimare parens ne melior, an sæuior nouerca fuerit. Infœlix fors est paupertas & tenuis fortuna est dementia, id est reputatur demens, quicunque pauper, vnde Hora. in Epist. Hos solos aiunt sapere & bene viuere, quorum conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Assurgent, id est, reuerentiam, & honorem assurgentes impèdent. Vulgus adorabit, id est corporis gestu honorabit. Nam adoramus etiam statuas, ac crucem domini, sed oramus tantum rationem habentes, & sensum Consulet, id est, consilium pollet. Non est fortuna, id verè Iuuenalis. Sed nos te facimus fortuna dea. Est fortuna, deus, id ex falsa opinione, & rusticè. Nam cum deam negit nostra fides etiam fortunam Deum dicit, At id facit poeta, quòd numina putabantur vtriusq; sexus. Vnde de Venere Aeneicos. 2. Descende, ac ducente deo. Et de Alecto aut Iunone 8. Nec dextræ deus erranti affuit, vnde in Cypro erat barbatę Veneris simulachrum. Vnde

Demerę quis.

Adorare. Orare.

Fortuna.

dictum

dictum est: Pollentemque deum Venerem. Videtur autem Cornix dominus, aut saltem maior quam Fulica, quem mittit ad caulas qui abiturus dicit. Attingit nix altagenu. In vertice furni, vbi minime consistere posse videtur propter ignem, quod panis in eo coqui solet. Pyramidem, id est, cumulum niuis in Pyramidis formam. Est autem pyramis structura ex lapidibus in morem ignis ascendentis cuius vertex acutus est extructus, quales in Ægypto leguntur miræ altitudinis fuisse, de quibus Martialis in principio. Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. Addit autem Cornix. Da pecori cordum, id autem dicitur fœnum quod autumno secatur, sicut corda frumenta vocātur, quę sero maturescunt. Lætamine muni, id est, fimo. Iam ne ades, intelligendum est aliquantulū more interfuisse, & interea tacuisse Cornicem. Omnia autem faciliora sunt quam vt expositionis egeant.

Pyramis.

Cordum.

Ful. Hoc igitur tantum rursus discrimen, & vrbis
Taliter exortum noster recitabat Amyntas:
Principio rerum, primaq; ab origine mundi,
Cum muliere marem sociali fœdere iungens
Cœli opifex (sic namq; deum appellabat Amyntas)
Nomen adhuc vt neo) natos producere iussit.
Atque modum docuit, fieri quo pignora possent,
Accinxere operi, mandata fidelitor implent,

Sicque vtinam de pomi esu seruata fuissent.
Fœmina fit mater, ouerum parit, atque puellam,
Atque puerperio simili fœcunda quotannis,
Auxit in immensam generis primordia nostri.
Post tria lustra, deus redyt, dum pignora pectit
Fœmina prospiciens, venientem a limine vidit.
A D A M aberat securus oues pascebat adulter
Nullus adhuc suspectus erat, sed multiplicatis
Connubijs, frau ata fides, sine cornibus hirci
Facti, & Zilotypo coniunx suspecta marito:
Nam quæ quisque facit fieri sibi furta veretur.
Erubuit mater, nimiaque libidinis ingens
Iudicium rata tot natos, abscondere quosdam.
Accelerat, fœno sepelit, paleisque recondit.
Iamque lares deus ingressus, saluere penates
Iussit, & huc, dixit, mulier tua pignora profer,
Fœmina maiores natu producere mandat.
His deus arrisit, velut arridere solemus
Exiguis auium pullis, paruisque catellis.
Et primo lætatus ait Ieap. regia sceptra
Rex eris at ferrum, & belli dedit arma secunda,
Et dux, inquit, eris fasces, populique secures
Protulit, & vites, & pila insignia, Roma
Iamque magistratus celeber partitur in omnem
Progeniem, humano tacitus voluebat honores;
Interea mater rebus gauisa secundis;
Euolat ad caulas, et quos absconderat. vltro
Protulit, hæc dicens, nostri quoque pignora ventris.
Hos aliquo pater omnipotens dignabere dono.
Setosum albebat paleis caput hæserat armis
Stramen, et antiquis quæ pendet aranea tectis.
Non arrisit eis, sub tristi turbidus ore:
Vos fœnum, terram et stipulas (deus inquit) oletis.
Vester erit stipulus, vester ligo, pastina vestra, Vester

Vester erit vomer, iuga vestra, agrestia vestra,
Omnia, aratores critis, pecorumq; magistri,
Lænisecæ, folifossores, nautæ, atque bubulci,
Sed tamen ex vobis quosdam donabimus vrbe,
Qui sint fartores, lanij, lixæ, artocopiq;,
Et genus hoc alij, soliti sordescere, semper
Sudare, & toto seruire prioribus æuo.
Taliter omnipotens fatus, repetiuit olympum,
Sic factum seraile genus, sic ruris, & vrbis
Inductum discrimen ait Mantous Amyntas.

Hoc igitur, Apologo rusticano discrimen vrbanorum, & rusticorum cõmemorat a deo factum, sicut & mercedum nonnulli sic dicunt institutam differentiam. Nam quum mechanici à deo quantum mercedis exigerent, exquisissent, assignassetque sutoribus, crepidarijs, & pluribus alijs quotidiana mercede conducendis denarios, binos, latomis, autem, & fabris lignarijs, ac carpentarijs senos, disquisierunt priores quantum possessionis ex tantula mercede compararent, respondit quantũ satis esset ipsis & liberis quotannis ingerũ. At reliquis quantum compararent petentibus, respondit quotidie tantum tetrę posse comparare quantum per crura retrorsum bipenni proijcerent. Conati autem prę auaritia in lõgum proijceret in podicem proiecerunt. Præterea dicunt ranas & simias sic affectas, cũ mu

laercu=

ſicrcula, ſcilicet Eua, aut alia nimis fœcunda vereretur venienti deo omnes liberos prodere, occuluit quoſdam in furno, & quoſdã ſub vaſe elixorio. Reliquis autem beneficio donatis, & ne gante plures habere, iuſſit deus qui in furno eſſent in ſimias conuerti, qui ſub vaſe, in ranas ac bufones. ralem igitur Apologum, a c fabellam anilem hic proſequitur auctor. Modum docuit, dicens. Creſcite, & multiplicamini, per coitum ſcilicet. Accinxere operi, id eſt operam dederunt diligenter liberis procreandis. Mandata fideliter implent, iucunda narratio, quia hodie quoque ad illud præceptum plus ęquo inclinamur.

Poſt tria luſtra: id eſt, quindecim annos. Nemo autem ſit mihi tam ineptus, vt Hiſtoriam putet á poëta narrari. Hirci ſine cornibus, id eſt, fœdi adulteri. Nam quę quiſque &c. prouerbialiter, & diſertius quam illud. Qui fuit in furno, ſocium ſibi querit in illo. Saluere penates, id eſt, familares, & omnes in domo habitantes. Tua pignora, id eſt, natos. Nam pignora natorum dicuntur, pignora rerum. His deus arriſit, id eſt, annuit, & blandus atque affabilis fuit. Catellis, id eſt canis fœtui, & primo ſcilicet omnium. Vnde ad primæ genituræ, iura alludit. Faſces, qui erant ex virgis, in quibus ſecuris erat colligata

Securis. Vitis.

ferebantur autem a lictoribus post eos magistratus, qui in corpus, & sanguinem animaduertere poterant. Securis a secando dicta, quod intersecat, vt collum nocentium, & vites, quibus centuriones & cæteri duces milites cædebant. Nam ex vite erat baculus, non ex alia arbore, ne seueriores haberẽtur, saltem in conciues. Nam alios virgis cędere licebat Iuuenalis Satyra octaua. Nodosã post hæc frangebat vertice vitem Si lentus pigra muniret castra dolabra, Et pila, quæ sũt Romanorum tela. Lucanus: Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis. Hæserat armis id est humeris: Stimulus, quo boues instigantur. Ligno instrumentum rusticorum, vt pastinum, quod bifurcum est ferramentum, quo pastinatio, & repastinatio vinearum fit. Fœnisecæ id est, secantes fœnum. Persius: Fœnisecę pingui vitiarant vnguine pultes. Solifossores, fodiẽ es terram. Est autem vna pars. Nam si duæ essent soli secundam produceret, quam composita corripiunt in medijs syllabis, dummodo etiam in nominatiuo, id est, habent vt fœniseca, folifossor: vt dico, quia quanticunq; à nominatiuo, quantuscunq; aut quantumcũq; producitur, vt qualicunque a qualiscunque. Fartores qui farcimen faciunt, Lanij, i. carnifices. Lixæ, aquam ferentes. Artocopi, panifices, aut panem incidentes. Et genus hoc alij

Pila. Stimulus Ligno. Pastinum Fœnisecæ Solifossores.

sicut

ſicut dicimus, id genus, pro eius generis: ſic ponit hoc genus, pro huius generis. Mantous, id eſt, Mantuanus, ſed Mantous dicitur a Manto nympha, matre Ocni, qui Mantuam a matre denominauit. De quo Maro Fatidicæ Mantus, & Thuſci filius amnis. Amyntas autem, is eſt, de quo in Amynta viſum eſt.

Cor. Mirabar, ſi quid recti dixiſſet Amyntas.
Cuius erat, ſemper nobis vrbana iuuentus,
Cui nihil eſt prater ſtulta hæc commenta negoti:
Ludit, in agreſtes ſemper ioculatur et vrbis
Talia garrulitas, & vani loquentia fingit.
At neque de ſuperis pudet has componere nugas,
Iſte iocus manifeſta gerit conuitia ſecum.
Sed tu tam rudis es, tam pleno inflatus omaſo,
Vt neque perpendas iſto te ſcommate carpi?
Nos quoque paulſper mentem extendamus ad vrbis
Stultitiam ne forte putes ſapientias illos
Viuere, qui ſplendent auro, qui murice fulgent.
His oculis vidi tunicis pleroſq; ſuperbis
Veſtiri, atque foro regali incedere greſſu.
Quos ſecreta fames premit, atque domeſtica egeſtas.
Stultius hic certe nihil eſt, opulentia ficta.
Paupertas, & ſegnities, & inertia vita
Vera, quid eſt aliud quam deſipientia vera?
Vidi etiam patres (o rem indignam, atque nefandam)
Dum ſegnes dormire volunt, & viuere laute
Proſtituiſſe ſuas vulgo cum coniuge natas.
Quid peius, quid perfidius quid ſtultius vnquam?
Fuli. Quid ſi vitam alio nequeant traducere pacto?
Cor. Cum totidem, quot, nos, habeant animaſq; manuſq;,
Dic cur vitam alio nequeant traducere pacto?

Mirabar, si quid recti dixisset Amyntas. Quasi dicat, iuuenis ille insanus amore, & rusticos odio habens. Cui nihil negoti pro negotij, id est, otiosa, iuuentus, id est, multitudo iuuenum vrbanorum. Conuitia contumelias Omaso, id est intestino pingui, tarditatem ingenij afferenti, vt Horat. & Persius attestantur. Isto scommate id est, irrisorio dicterio. Te qui rusticus es Carpi, id est reprehendi. Nos quoqsi. vicissim. Qui murice, i, purpura, Prostituisset, id est, ad turpē quæstum in lupanaribus & prostibulis, statuisse quasi pro foribus vbi luxuria perditos expectaut. Quid scilicet dicas, aut quid faciant, & est inanior desidiosorum purgatio, quam vt refellatur, Vnde dicit Cornix: Habent ciues vrbani manus, & pedes, vt nos cur non quęrunt sibi victum laboribus, & Parsimonia, vt nos.

Est etiam, cuius vecors industria varas
Quarat opes, vbi nullus opes inuenit ab auo,
Æs lauat herbarum succis, & vertere in aurum
Æstimat, ac nigra semper sul gine pallet.
Est, qui dum tellure latens desiderat aurum.
Dat magicis operam studijs, & tempora perdit:
Quid leuius, quid futilius, quid inanius vnquam?
Omnia, ne veniant ad opus telluri, & agri,
Omnia pertentant, vt agant nihil, omnia versant;
Semper agunt, nunquam peragunt, ex fœnore victum
Infamem extorquent vi fraude, doliq; laborant:

Mille

Mille vijs opibus, mille insidiantur honori.
Nos capras, & oues armentaq́ pascimus illi
Accipitres, catulos, & equos, & cercopithecos.
Rusticus est omnium pastor, volucrumq́ canumq́.
Cuius? vtrum melius, te iudice, nobiliusq́?
O Fulica, vtilitas vnde, & opulentia maior?
Ful. Si venit ex nostris operis opulentia maior?
Ciuibus: vnde igitur tantarum copia rerum?
COR. Ex vi, fraude, dolis vi, fraude, dolisq́ laborant,
Nonne vides, insane, vt nos crudeliter vrgent,
Quo capiunt astu nos irretire loquendo,
Sacrum offerre putant, & opus sublime, piumq́
Hus aures oculosque adigunt, huc ora manusq́.

Est etiam. Adfert alia vrbanorum vitia, & ferè oppositа segnitiei dicens. Est etiam, scilicet ciuis, cuius vecors, id est, peruersi cordis industria, quærit opes vanas, id est, vltra, quã satis sit, & non iusta ratione, vt qui per artem vt (dicunt, alchymiæ. id est, adiuuaminis, adiuuando naturam sperantes, aut argentũ vertere in aurum: qua via, nullus, inquit, hactenus inuenit opes, certum est multos iuuenisse pauperiem, dicunt tamen eius rei studiosi, inuentos qui ad intentum peruenerunt. Fuligine nigra, quia vapore fumeo, sed quomodo pallet? Nisi hoc ad anxietatem referatur non constat. Est qui, &c. Alius error eorũ qui magicis artibus, & characteribus, nescio quibus, sperat posse inueniri thesauros absconditos.

ditos. Omnia ne veniant ad opus telluris, & agri omnia inquam pertentant .i. experiuntur, ne fiant agricolæ, quo nihil honestius nec iustius. Semper agunt, nunquam peragũt i. perficiunt nihil eorum quæ incœptant. Ex fœnore, id est, vsura. Accipitres aues ad predã catulos ad venationem, & equos ad venandũ aut auibus, aut canibus cercopithecus. i. caudatas simias. Nam *KERKOS*, dicitur cauda *PITHEKOS*, simius, aut simia. Sunt ergo, quos catos marinos quidam vocant, capite, vt dicit Plinius, sub nigro, & pilo asinino, quib⁹ deformitas decori est, suntq; ob cautum ingenium diuitibus in delitijs. Ciuis, est pastor volucrum, & canum, q́uia eos pascit. Quo astu. i. qua calliditate ab astu. i. ab vrbe vbi astutiores sunt, Irretire, id est, in laqueos, & retia iligare, hoc est circumuenire & decipere verbis putant. Sacrum offerre, id est, arbitrantur se obsequium pręstare deo, quando nos decipiunt. Huc, id est, ad hãc operam, vt nos decipiant. Adigunt, id est, applicant ora, id est, omnia quæ dicũt, & manus, id est, omnia quæ faciunt.

Ful. Vnde vrbanarum tibi tanta peritia rerum?
Cor. Hac didici quondam ductis in mœnia capris.
Quum lac vociferans, ibam venale per vrbem,
Mansi apud artocopum, sapiens, & ad omnia promptus
Furta erat, & crudum ferro subradere panem.
Ipse, vt erat mores vrbis, doctissimus ista

Tradi-

Tradidit, affirmans nihil esse nocentius vrbi.
Se quoque furari didicisse aiebat ab vrbe.
Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum vsus, quid fœdius, improbriusq;
Dic, vbi mœchandi ars homicidia seditiones:
Nonnè inter ciues, atque intra mœnia regnant?
Quid reges, qui regna hominum per vulnera quærunt?
In mortemq; suos adigunt? quid pectora miles
Obijciens telis per mille pericula vadens?
Pro stipe dat vitam, nulla est insania maior,
Gloria præfertur vitæ, quid gloria? quid laus?
Quid fama est? quid honor? voces. & opinio vulgi
Omnia longa dies abolet, quum viuere cessat:
Omnia sic abeunt, vt lux cum sole recedit
Qui mare sollicitant remis, cum viuere possunt
In patria, stultus, ventis qui credit & vndis.
Stultus, diuitia cui sunt & negligit vti
Stultus, qui vt natis cumulet patrimonia partis
Abstinet, & genium fraudat, stultissimus & qui
Quæ facere ipse potest, natis facienda relinquit.

Vnde vrbanarũ. Bona interogatio, vt decorũ seruetur, & verisimilis narratio, Artocopũ, vt videtur, accipit ꝓ panifice, seu (vt dicitur) pistore, qui Græcè dicitur arto. i. artopoc⁹ quia *Artos* dicitur panis, & *Poco* facio. Sed artocop⁹ dicitur, quasi labor panis: Nã *Kopos* Iu. videtur accipere ꝓ pane, dicẽs. Sati. 5. Salua sit artocopi reuerẽtia. vbi tamẽ ꝓ pistore accipi potest, vt sic maneat discretio panis, qualẽ artocopus fecerit, & ita obseruando eius iussum fit ei reuerentia. Artocopus.

Sed ad Poëtam nostrum. Ipse vt erat mores vrbis doctissimus. Hoc exemplo conuincere possumus participia cõparari. Nam si nomen sit doctissimus, non regeret accusatiuũ, quocirca ego quidem motum potius dicerẽ. Hic tamen versus more potiº docet legẽdũ. Neque tamen omnino inauditum, si superlatiua a participijs accusatiuum regentibus deducta, accusatiuum regunt quum aduerbia à præpositionibº orta id faciãt: vt proxime Hispaniam Mauri sunt inquit Salustius. Sũt etiam: Alia affert vrbanorũ stultitiam, qui patrimonia ab auis parta cum meretricibus absumunt. Qui reges docet, & Reges & cęteros bella pro domino aut inani gloria gerentes vrbes fere incolere stipendiarios autẽm, qui inuocati nomina sua dant, etiam vrbanos esse, & maximẽ insanire, quum pro modica stipe periculum vitæ subeunt, quod rustici non nisi coacti faciunt, pro libertate patriæ & cõiugeac liberis. Qui mare solicitant. Rursus aliud genus stultitiæ (quod persius quoque prosequitur) eorum, qui quum satis habeant, nauigant tamen cum periculo vitæ. Itẽ stultus est, diuitiæ cui sunt & negligit vti, vt auarus. Nam vt dicit Seneca: tam deest auaro ꝙ habet, quam quod non habet. Vnde de sene auaro. Hora. Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet vti. Et primo Ser. Congestis vn

Auarus.

dique saxis indormis inhians, & tanquam parcere sacris Congeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. Stultus, qui vt natis cumulet. &c. Quia sæpe malè absumunt. Vnde Persius vt tuus iste nepos olim saturanseris extis, &c. Vide Satyram vltimam, vbi totum est argumentum. Et geniumid est, naturam. Est enim genius. Deus naturæ & loci natiui, quē qui alimentum nature debitum subtrahunt, defraudare dicuntur. Terent. in Phor. Suum defraudans genium. Quæ facere ipse potest, quod per fabellam, seu apologum de cassita pulchrè recitat Gellius. Genius.

Qui numerant stellas, & se comprendere fata
Posse putant, stultus: verum dementior illis
Naturam qui cunque dei scrutator, & audet
Frigore in immensam lucem tam debile lumen.
Nostra fides melior: ciuis ratione coactus
Difficile assentit, nudis nos omnia verbis
Credimus, & plures faculas accendimus aris.
Ciuibus est infida fides: inquirere nunquam
Mente sinunt arcana dei, si numina scire
Estet opus, poterant nobis se ostendere verum,
Quando latere volunt, quid vestigare necesse est.
Qui nos scire negant ipsi, qui cuncta, gubernant?
Nostra etiam pietas pietate potentior vrbis.
Nam q̃ viri qui sacra canunt, templiq; ministrant,
Quanta legunt rura paucis al mentis diebus?
Vidi ego qui sitas ex rure, in mœnia plenis
Puppibus inferri (pietas ea rustica) fruges.

Stultorum

Stultorum est aliud genus in medicabile quoddam,
Causidici latratores, rabulæq; forenses,
Nummorum aucupium docti legumq; tyranni,
Aere patrocinium vendunt, producere causas,
Et lites pendere diu vindem a quadam est.
Sunt & equestri genus medici qui tangere venas
Nonnunquam illicitas audent, & ponere quadam
Non intellectis temeraria nomina morbis
Hu, & si tenebras palpant est sancta potestas
Excruciandi ægros, hominesq; mitune necandi
Qui vero populis præsunt hominesq; gubernant,
Quo plus iuris habent, quantoque licentia maior,
Insanire solent tanto amplius o vbi sancti
Rectores, & iustitiæ, & pietatis amici
Quos patres sero ante fecum memorare solebant
Omnia nunc abeunt pessum, spoliata queruntur
Templa gemunt inopes, vidua lachrymantur & huius
Quanam causa mali: quia stat pro lege libido.

Qui numerat stellas, vt Astronomi, & se comprehendere fata, vt Astrol. Genethliaci, Mathematici. Naturam quicunq; dei scrutatur, Vnde ille: Mitte arcana dei, Et alius: Altiora te ne quæsieris, & vtroq; maior. Noli nimis sapere, sed ad sobrietatē docens. Nostra, i, rusticorū cuius ratione coactus, i. rationib⁹ innitens. Plures faculas, i. tædas, & cæteros tortos. Mēte sinūt, i. desinūt. Poterāt nobis se ostendere. Argumentū quo verisimile sit. De ū nom velle a nobis nosci, quū se nō præbeat noscendū, Quid vestigare, i, inquirere necesse

Facula.

nècesse st eea, quę ipsi qui gubernāt cūcta. s. superi negāt, i. ꝓhibēt nos scire? Quasi dicat: nihil. Quando, i. quandoquidē. Nostra etiā pietas, i. charitatis, vt dicūt exhibitio in eleemosinis erogandis. Legunt, i. colligūt, stultorum est, aliud. In pragmaticos, & causidicos inuehitur quasi Satyricè. Vnde apte personā Cornicis assūpsit. rabulęq; sorēses. i. forū iudiciale, seu causas sectātes. Rabula secūdū. Festū dicitur multis intent⁹ negotijs paratusq; ad fauēdū quid aut auferendū, vel quia est in negotijs agēdis, acrior quasi rabiosus. Secundū Marcellū autē, rabula a rabie dictus est, quē nūc aduocatū vel causarū patronū dicim⁹ Cicero, nō enim declamatorē aliquē de ludo aut rabulā de foro, sed doctissimū atq; perfectissimū quęrim⁹ Sūt ergo rabulę (Vt iterū Noni⁹ attestatur) litidio si. Aucupi. i. capitonē ab auib⁹ capiēdis. Comi. hoc nouū est aucupiū. Legūq; tyrāni quia sūmū ius. sūma malicitia est. Ære patroc. Enumerat causidicorū vitia. Vindemia quædā, i. lucrū, vt in vindemia quæ est vini collectio vt messit frugum. Sunt equestre genus medici. Et hoc quoque Satyricè. Equestres sunt, quia mulis fere vehuntur medici. Venas illicitas, vt fæmora mulierū. Nomina temeraria. i. rebus non conueniētia, quæ fingunt, ne ignari deprehēdantur. Et si tenebras palpāt, i. cæci & ignari sunt, Est

Rabula

Est facta potestas, a legibus, quæ medicis permittunt interficere, vt curent: qui vero populis præsunt. Inprimores, & optimates ac magistratus inuehitur. Insanire solent tanto amplius, quum tamen vel leue in alijs scelus in illis maximum sit. Vnde Iuuenalis: Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Abeunt pessum, id est, pessundantur, & pereũt: spoliata queruntur, id est, comburũtur templa.

Ful. Ista tua, O Cornix, excandescentia fines
Transit honestatis, scelus omnibus obijcis omne.
Innocuos habitare homines & in vrbe memento.
Cor. Non habitant colubri quadam Balearibus arua
Proxima (non memini nomen) neque noctua Cretam,
Nec nemus Aegeria sonipes, nec vir bonus vrbem,
Ful. Vir bonus est an mal rarum paucasq; per vrbem
Et per rura locos habet, est rarissima virtus
Insanis fulica, insanis, tot in viribus hostes
Sunt tibi, quot ciues, hi nos tondentq́, pilantq́
Non habita nostri capitis ratione, caarctant.
Nos ad furta, ipsa mox ad suspendia mittunt
Fas igitur si quid nostris sese vnguibus offert
Radere, & insidijs, ac nostri indagine captos,
Deplumare leui tactu sensim, & pedepressim.
Si videt, excusa, si sunt secreta, negato
Furta, quod occultum est, non est iniuria, furtum,
Quidquid habent noster labor est, industria nostra est.

Ista

Ista tua o Cornix excandescentia, id est, vehemens ira fines, id est, limites transit honestatis. Baleāris insulæ, sunt in Hispania, grēcis dicta a fundarum iactu. Nam ballo significat iaceo, tollitur autem nunc l. Balearios autem contra glires à senatu auxilium petiisse constat, quum in quibusdam aruis vicinis non possent viuere serpentes: ea autem aruā sunt in Eboso, quæ est insula inter Ophiusam & Pythiusam. Eboso enim terra serpentes fugat omnium venenosorum animalium expers: eadē enniculos gignit populantes messes Balearium. Dicit autem se nominis immemorem, vt decorum seruetur. Nam non congruit rustico longinquatum insularum nomina scire, sicut Maronianus rusticus oblitus erat nominis Geometræ, dicens. In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter: Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Neque noctua Cretam, scilicet habitat, cuius nomen non ignorat quia sub Venerorum ditione est. Noctua autem, quæ in Creta negatur, plurima Athenis est, vsque adeo vt in proverbio sit *GLAVCAS EIS ATHENAS* id est, noctuas Athenas, aut in Athenis, i. ferris, qui merces eo vbi abūdant inutiliter trāsuehit, ac si aquas in mare vehat: Aegeriæ autem nemus est, vbi Numa Pompilius secundus:

Fines
Baleares
Ballo

dus Romanorũ rex colloquium cũ Ægeria nympha vxore sua de rebus religiosis habuit, vbi sonipes negatur viuere. Est equus a sono pedum sic dictus. Ænei. 4. stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit. Nec vir bonus vrbẽ. s. habitat, sicut nec Albionem seu Britanniam maiorẽ lupus. Vir bonus est animal rarũ. Maro. Vir bonus & sapiens, qualẽ vix reperis vlli Millibus e cũctis hominum consultus Apollo, index ipse sui. Iuue. Rari quippe boni, &c. Habet, i habitat, residet, sitibi, i. rustico pilanto, Hora. compilo 2. lõga posuit: ne me Crispini scrinia lippi. Compilasse putes, verbum non amplius addam. Est autem notum Gallis vocabulum: q si tractũ est a pilis, natura primam corripit. Inde autem tractum voluit per Apologa Æsopi, quo qui duas vxores habuit, alteram iuuenculam quę canos decerpsit radicitus, alteram grandẽ natu: quæ vt sibi conformem haberet maritum, nigros capillos sustulit, caluus & depilatus manet, atq; ita nudatis & priuatis intelligitur suis, quod efficere pilare est. Coarctãt i. compellunt nos ad furta, quia exigunt q sine furto nos habere nos posse sciũt, & mittunt: mox ad suspendia. Potuit nosse Cãdidus, quem alij ex agro Parmensi, alij ex Mãtuano oriundu dicunt. Nostris vnguibus ãrgutè

sonipes.

Compilo.

quia cornices & fulicę vnguib' præripiũt, i. imperceptibiliter, hoc est, paulatim, & pede pressim, i. quasi presso pede, sine strepitu. Deplumare, quia aues, rauibus faciunt. Si videt s. quispiam furta, excusa, dicens .v. te iocari voluisse. Si sint secreta, negato. Furtum q̃ occultum est, non est iniuria: quia quicquid habent. s, ciues, est noster labor, & industria nostra. Hæc autẽ Cornici potius quã bono pastori cõueniunt dicere, quia furta nulli licita sunt, nec sua sibi vendicare sine superiori auctoritate pernassum. Vnde dicit Fulica.

Ful. Iam longe egrederis metam rationis, & æqui.
Cor. O Fulica, improbitas vrbana coinquinat orbem,
Vnde tot in terras veniunt æstate procellæ
Fulmina, venti, omnes grandes, & ipse recordor
Tellurem tremere ac postes, & tecta labare
Solem obscurari, nectu obtenebrescere lunam,
Cur segeti lolium, messi dominantur auenæ.
Vua in capreolos transit caligine verni
Depereunt flores: mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas, pariet quoque plura deinceps.
Vnde venit furor armorum, bellique tumultus,
Qui genus omne malum secum vehit: omnibus vrbs est
Fons & origo malis descendit ab vrbe Lycaon,
Deucalion Pyrrha cum coniuge rusticus ille
Intulit illis iem terris: hic abstulit ille
Abstulit humanum terris genus, intulit iste
Si terra vt perhibent, flammis, adolebitur vnquam
Istud grande nefas vlla descendit ab vrbe.
Ful. O Cornix iam pone modum sermonibus istis,
Audio iamdudum pueros de pulte loquẽdi.

Cætera

Cætera si quidquam superest, post prandia dices,
Pulti indulgendum monet vrbibus hora relictis.

Iam longe egrederis meam rationis, & æqui, quia vrbanos deplumare, si tã fortè speretur, consulis. Coinquinat, contaminas, polluit orbem, id est, vniuersum mundum: vnde tot in terras, dicit omnem tempestatem importunam, omnemque calamitatem propter vrbanorum scelera a deo demitti. Cur segeti Virg. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis, infœlix lolium & steriles dominantur auenę. Est autem solum: de quo saluator. Nonne bonum seminasti: Vnde ergo habet Zizania, inimicus homo superseminauit. Vna in capreolos, id est. accidis quasi chordulas, quibus sese vites palis & ramis alligant, quibus etiam vesci solent. Caligine, id est, aere nebuloso & obscuro, atque ita infecto Parturit pro parit, id est prouocat ciuile nefas, id est, nefandum ciuium scelus. Descẽdit ab vrbe Lycaon, quam ob perfidam Iupiter in lycon, id est, lupum trausformauit, & occasione cuius sceleris diluuium, secũdum Ouidium superinduxit. Deucalion pyrrhaeum coniuge: id est vxore tusticus s. fuit. quia in montibus Thessaliæ habitauit, vbi inter alia degens ad sese profugientes tempore particularis diluuij, benigne recepit, quo circa humanum

Humanum genus iactis pro terga lapidib⁹ seruasse fingitur. Ille, scilicet Lycaon, hoc est, scelus eius intulit illuuiem, id est, inundationem Aquarum, hoc est diluuium, terris. i, in terras, Vt inferret q; deos Latio. Hic scilicet Deucalion cum Pyrrha abstulit. i, illuuiē. Ille. s. Lycaō abstulit, genus humanū: terris. Iste. s. Deucalion intulit, s. in terras genus humanū, q̄ secundum fabulas perierat, aut secundū historiā illic periisset si nō seruasset. Si terra, vt prohibēt. Id dubitat rusticus aut ex Ethnicis sumptū quibus non est fides habenda, nisi eadem in sanctis quoque literis habeantur. Nos autē credimus ignē conflagrationis diem iudicij præcessurum. i. Sed & Ouidius aliquādo mundum igne periturū asserit metamorph. 1. Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus. Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli ardeat, & mundi moles operosa laborat, &c. Istud grande nefas, scilicet, propterea quod mundus ardebit, descenderet ab vlla, id est, a quauis vna vrbe, & non ab agro. O Cornix, iam pone modum, id est, finem sermonibus istis, istis tuis improbis, & contumelioſis. Audio iamdudū pueros, id est, minores famulos, aut liberos, loquentes de pulte, id est, instare horā prā-

dij. Si quicquam super est, super id quod satis est esse. Horat. scilicet prandendi monet indulgendum, id est. operam dandam esse, aut inuigilandum, pulti. id est. cibo illi Rustico, quo Romani diu vixerunt vrbibus, i. contumelijs de vrbibus relictis,

ECLOGA SEPTIMA

DE CONVERSIONE IVVENUM AD RELIGIonem quum iam auctor ad religionem aspiraret inscripta Pollux.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Galbula pastores ad sydera laudibus effert,
Et canit vt viso versus sit numine pollux.

ALPHVS ET GALBV.

GAlbula quid sentis? Pollux doctissimus olim
Fistula cecin, subito quodam quasi numine tactus
Deseruit calamos, amicas, armenta sodales

Bardo.

Bardocucullatus caput, vt campestris alauda,
Quatuor ante dies in religiosa recessit.
Claustra ferunt illum, pecudes dum solus in agris
Pasceret effigiem quendam vidisse deorum:
Cætera non memini, sed tu quid Galbula sentis?

Galbula. Si friuolum non sit, dicam nõ sine ratione in hac septima Ecloga agi de conuersione iuuenum. Nam septenarium numerũ qui ex primo impari, & proximè illum subsequente pare conficitur, constat habere nescio quid misterij non solum in sanctis literis, sed etiam apud poetas, vnde est illud, O terque quaterque beati &c. Nam te iam septima portat. Omnibus errantem terris ac fluctibus æstas. Dicunt præterea, septimo quoque anno immutari nobis ætatem, vt primis septem annis simus infantes, proximis pueri, tertijs adolescentes, quartis iuuenes, qua ætate cõstituendum est nobis genus vitæ, quos, & quales nos esse velimus, est in quo genere vitę. Bene ergo (vt de cęteris ætatibus, quæ pari ordine subsequuntur, taceam) in hac septima Ecloga agitur ad iuuenum ad religionem conuersione, vnde hactenus adolescẽtiam suam (sic enim inscripsit opus) poëta cecinisse putatur deinceps canturus iuuentã, & virilem ætatẽ, in duobus videlicet vltimis carminibus. quæ in religione composuit. Sed linquamus hæc

argutioribus. Per Pollucem hoc loco intelligo poëtam, Fistulicen, id est, canens fistula, vt nostra ætate: sicut tibicen, canens tibia grauis, vt olim factitabant, & nunc quoque nonnunquam. Quodam quasi numine tactus, quia spiritus vbi vult spirat. Bardocucullatus caput, id est, habens Bardocucullum capiti tegendo aptum Bardi autem dicebantur olim stulti apud Gallos Bardocucullus, vestis est Gallica grossioris villi, facta compositione ex bardi qui poetæ erant Gallicani, & cucullus: Cucullus enim vestis est grossior capiti tegendo apta. Bardi item dicebãtur olim stulti, apud Gallos, vt possis accipere Bardocucullum vestem fuisse Gallicam stultorum, & vilium hominum. Vnde Maritalis in distichis. Gallia Santonico vestita est bardocucullo Cercopithecorum penula nuper erat. Bardus ad hoc autore Festo, stultus a tarditate ingenij appellatur. Græcè autem bardos dicitur Præterea, vt idem inquit. Bardus Gallicè cãtor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, a gente bardorũ De quibus Lucanus. Plurima securi fudistis carmina Bardi. Nonius autem dicit bardum esse propria vi, & ingenio tardum. Nam Græci bardos tardos dicebant. Plaut in Persa. Nimis equidem pro barda, & rustica reor habitam esse, Ex his, & alijs multis

Bardi.

Bardus.

ardum.

multis, vnde alpibus patet Gallicam quoque linguam immutatam esse. Nam multa nunc aliter, quam olim dicebantur, a Gallis dicuntur, Vt campestris. i, in cāpis versari solita. Alauda, id est, auis cucullata. & plumeam cristā habens. Effigiem quandam vidisse deorū (vt in processu patebit Videtur autem diuinam virginem intelligere, aut quæ Herculi occurrisse a Cicerone memoratur, de qua suo loco dicam. Cætera nō memini. Id enim & rustico conuenit, vt iam sæpe diximus, & œconomiæ atque argumento huius ecloge. Nam intendit narrando duo facere, colligere videlicet laudes pastorum, & perfectionem religionis, potissimum Carmelitanæ, quæ prima est. Alauda.

Gal. Vt dixere patres, faciens primordia rerum
(Magna canam nobis qua quondam tradidit Vmber)
Instituit deus agricolas pecorisq; magistros:
Primus agricultor rudis, immansuetus & asper,
Qualis humus segnis, lapidosa? rebellis aratro,
Ast ouium primus pastor mitissima proles
Instar ouis, qua bile caret, qua lacte redundat,
Mitis erat, nullis vnquam pastoribus asper.
De grege sæpe suo sacrum ponebat ad aras.
Nunc oue, nunc pingui vitula faciebat, & agno.
Sapius & magno dinos ambibat honore,
Sic profecit apud superos, sit numina flexit,
Vt fuerit primo mundi nascentis ab ortis
Tempus ad hoc, cœlo pecoris gratissima cura.
Assyrios quosdam (sed nescio nomina cura

Dimunuunt animum) deus ex pastoribus olim
Constituit reges, qui postea marmore, & auro
Conspicui, gentes bello domuere superbas.
Quum Paris Iliaca tria numina vidit in Ida,
Aut Paris, aut alius, puerum qui obtruncat ad aram
Pastor erat: quando cœlesti exteritus igne,
Venit ad ostentum pedibus per pascua nudis,
Pastor erat Moses, Moses a flumine tractus.
Exul apud Graios Amphrisia pastor Apollo,
Rura pegragauit, posito deitatis honore.
Cœlestes animi Christo ad præsepia nato,
In caulis cecinere deum pastoribus ortum.
Et noua diuini partus miracula docti
Pastores primi natum videre tonantem.
Et sua pastores infans regnator Olympi
Ante magos, regesq; dedit cunabula scire.
Se quoq; pastorem deus appellauit, oueiq;
Mitibus ingenijs homines, & mentibus æquis.
Et ne vana putes hæc somnia, nuper ab vrbe
Rus veniens picto parietis hæc omnia templo.
Sunt pecudes pictæ, parui sub matribus agni
In tellure cubant, ingens equitatus ab alto
Monte venit, radiant auro diademata duum:
Et suspensa tenent vaga lumina prætereuntem:
Non igitur mirum, noster si numina Pollux
Vidit, amans villas, & oueis, & ouilia dini,
Simplicibus præsens deus est, offenditur astis.

Vt dixere patres, vt probet verisimile esse pastori numen visum, altius orditur laudes pastorum, docetque quod verum est: Abelē primum iustum fuisse pastorem multosque reges

vt Abraham, Dauid, & similes fuisse pastores, Christum ad hoc se appellasse pastorem dicẽtem. Ego sum pastor bonus. Et recens natum primò a pastoribus agnitum atque visum. & multa id genus alia, quę legendo patebunt. Vt dixere patres. Virgilius. Arunci meminere senes. Rustici enim non ex libris, sed ex maiorum relatu historias sciunt. Deus faciens primordia rerũ, i, in prima hominum genesi instituit agricolas, vt ADAM, & primogenitum Cain, pecorisque magistros, vt Abelem, quia autem dicendo primordia rerum visus est altius ordiri, bonam facit parentheſim, dicens magna canam, nobis quæ quondam tradidit Vmber, cui totam doctrinam suam vbique acceptam fert. Primus agri cultor, scilicet Cain ac ouium primus pastor, id est, instar Abel. i. in statum, & morem, ac similitudinem, q. Valla negat, quæ bile, id est, cholera amaritiem animo adferente. Sacrum ponebat ad aras. Historia paret in principio Geneſios. Vitulo faciebat, s. rem sacram. Sed Facio, & operior per se posita, de rebus sacris intelliguntur. Nec dices: Faciam vitulam, quia id tauri est, sed vitula, aut vitulo, subaudienda rem, diuinam vt in Bucolicis Maro. Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Diuos ambibar, id est, ambientium more venerabundus adorabàt. Sic

Bilis

Facio. Operior.

Sic, i. vsque adeo, numina flexit: vt cura pecoris fuerit, a primo ortu mũdi, nascẽtis. s. vsq; ad hoc, i. nostrũ tempus, gratissima, i. acceptissima, cœlo. i. cœlestibus. Assyrios, vt Abraham, Loth, Iacob, & cæteros patriarchas. Quum Paris, Alexander, quia & Paris pastor fuit. Nã cum Hecuba ipsi grauida visa esset gestasse catellum facem gestantem, qua tota Troia incendebatur, idque ad Priamum retulisset, & ille ad somniorum, & phantasmarum interpretes, responsum accepit filium gestare qui Troię cremandę occasionem parct, quicquid pareret, interfici iussit, Mater autem non interfecit, sed exponẽdum feris dedit, vbi a pastoribus inuentus, ab illis quoque educatus, in virum creuit, atq; ab œnone nympha adamatus est, iudiciumq, inter tres deas, dedisse fertur. Quum vero optimus esset athleta, & cum Hector congressus eum vicisset, ab eo interẽptus fuisset, nisi frater agnitus. tandem pro Helena promissa in Græciam profectus, fatalem attulit prædam. Vnde Statius in Achilleide: Soluerat Oebalio pastor de littore classem Dardanus. Paris ergo aut alius, quia de nomine, vt rusticus dubitat, cum vidit tria numina, scilicet, Iunonem. Palladem, & Venerem de præstantia formæ concertantes, in Ida, id est, sylua sic dicta, Iliaca, id est, Troiana. Quod additur,

Paris.
Hecuba.
Iliaca.

additur, ad discretionem Idæ Crætensis, erat pastor, puerum qui obtruncat ad aram. s. Abraham, qui id facere voluit, erat pastor. Pastor erat Moses, quando cœlesti exterritus igne, s. in rubo, qui nõ comburebatur, venit ad ostentum, id est, miraculum aliud portendens vt virginitatem diuæ genitricis Christi. Pedibus nudus quia iussus est calceamenta exuere Moyses inquam, a flumine tract⁹, s. a filia Pharaonis regis Aegypti, quum esset in fiscella super aquas natans, vnde nomen accepit. Apollo spoliatus diuinitate pauit Admeti regis armenta nouem annis, vnde Nonius, id est, pastoralis, est dictus: pauit autem, apud Amphrisuum fluuium Thessaliæ, spoliat⁹ dico diuinitate propter interfectos Cyclopas, vnde in principio. 4. Georg. dicit Virg. Et te memorã de canemus pastor ab Amphryso. Ideo hęc tecundum Macrob. li. 1. Stat. finguntur, qui Apollo ipse est sol, qui omnia pascit. Deitatis Latinius diceretur diuinitatis, sed carmen, id non accepit. Cœlestis animi, i, spiritus, Vnde: Qui fecit angelos suos spiritus. In caulis, id est, septis pastorum, vbi faciebant vigilias super gregem suum vt Lucas pręclarę memorat Ante mãgos, id est sapientes Persarum, & Iudæorum, quia ea nocte qua natus est, quũ ipsis ad minimum, decimo tertio die primum

Moses

Nonius.

In caulis.

visus sit

visus sit. Dico ad minimum quia controuersia est an eodem anno, an alio. Ante magos regesque. Vnde Magos pro regibus accipimus propter illud, Reges Tharsis &c. Se quoque pastorem Deus appellauit, dicens, Ego sum pastor bonus. Ouesque addens. Agnosco oues meas, & cognoscunt me meę, i. miti ingenio prediti homines. Picto legi hæc omnia templo, id est, in parietibus fani. Vbi pictura est rudium scriptura, & ideo dicit, perlegi. Maro in 6. Qui protinꝰ omnem perlegeret. Magna enim est conuenientia pictoris & scriptoris. Vnde eos Flaccus equiparat, dicens. Pictoribꝰ atq; poetis. Quidlibit audendi semper fuit ęqua potestas. Sunt pecudes, scilicet pastorum, qui Christum viserunt. Ingens equitatus, scilicet trium regum. Diademata diuum, aut regum, aut Angelorum Christi, & parentum eius, hoc est, matris veræ & patris legalis, ac nutritij & naturalis, quiquidam putati. Et suspensa tenent vaga lumina. i. oculos præteriuntium, hoc est cogunt præteriti volentes immorari donec picturam perspexerint. Amant villas, id est, domos rusticas & oues & ouilia diui. Simplicibus præsens deus est. Id sanctè & moraliter.

Alph. Vera refers, pecori si sint innoxia nostro
Pascua, vidi asinum, vidi præsepe, bouem q.

Iudi

Iam memini turbæ venientis, & ora videre
Indiciaiam videor, regum suadona ferentum.
Vnum oro, quanam Polluce occurrit imago
Galbula, si nosti, ne sit labor omnia fari.
Galb. Et nouã & memorare libet, res digna relatu,
Res digna auditu, pia, sancta imitabile factum.
Durus & immitis pater, atque superba nouerca,
Pollucem grauiore iugo pressere inuenta
Tempore quum dulces animos noua suggerit ætas,
Et quum iam inualida longo sub pondere vires
Deficerent, nullaq, odium mansueseceret arte,
Constituit tentare fugam, res una volentem
Ire diu tenuit, nimi impatienter amabat.
Error enim communis amor iuuenilibus annis,
Res est fortis amor, violentia fortior, iuit,
Et tales abiens (mihi namque solebat amores
Enarrare suos) mæsto dedit ore querelas:
O virgo lachrymene tuis soluentur ocellis,
Quum te tam chare cernas ab amante relictum?
Vllane discessu duces suspiria nostro?
Tune mei crudelis eris, forte immemor vnquam?
Vsque adeone tuum poterit frigescere pectus,
Pectus quod toties tot lumina fletibus implet.
Tune trahes crebros gemitus, & pallida fies?
Cerno oculos cerno lachrimas, cerno anxia corda
Virginis, heu tantum qua dissimulare dolorem
Fas erat arte! dolor duplex mea pectora torquet,
Illius atque meus sed fas mihi flere, quod illi
Non licet: occultus longe magis æstuat ignis.
Incolumem mihi vos diui seruabitis illam.
Vt quando exilio repetam mea rura peracto,
Fiat amor felix saltem semel ante senectam.

Vera

Vera refers, approbat Alphus, vidi asinum & bouem & præsępe, scilicet domini, qui in eo ante asinum, & bouem erit positus. Vidi inquit, de pictura intelligens. Iam memini turbę venientis, & ego videor mihi nunc videre ora Indica, id est, indorum regum, ab India venientium, & videor videre ora regum ferentum, id est, offerentium dona. s. aurum, thus, & myrrham. Et noui & memorare libet, quia res est digna relatu, id est, vt referatur, & recęsentur, & factum, scilicet Pollucis, est imitabile Durus & immitis pater. Est mihi nāque domi pater, est iniusta nouerca, Videtur autę hęc vera vitę ipsius poētæ descriptio. Grauiore iugo. quia nimis rigidi, & seueri erant, vt in prima eclega docuimus. Et cum inualidæ. Est enim ea ætas imbecillis, & inops consilij. Nullumq; odium, scilicet parentum, arte, scilicet filij. Constituit tentare fugam, id est, discedere clam a parentibus tam duris. Error enim communis. Vnde prius semel insaniuim' omnes. Res est fortis amor, violentia fortior scilicet. O Virgo Querula discessio ab amica crudelis, quæ amantem nō redamat Martan crudelis Alexi nihil mea crimina curas, &c. Quod lumina. Legendum videtur tot, vt sit, pectus, inquam, quod implet toties lumina tot fletibus, Dolor duplex, illius atq; me'

illius

illius scilicet virginis, quam occulto æstuantem putat amore, & sequi manifesto absumitur igne, Exilio peracto, quia in exilium voluntarium, vt patris sæuitiam, & nouercale odium deuitet, abscedere destinauit. Fiat amor fœlix, vt potiatur amica saltem semel. Id amatoriè & modestè.

Talia pergebat memorans, voluitq́ reuerti,
Tantus amor iuuenem, vis tanta furoris agebat.
Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota?
Fronde sub Herculea fessus mœrore sedebat.
Ecce puellari virgo stipata corona.
Ora, manus, oculos habitumq́ simillima Nymphæ,
Et talia affata est puerum sermone dolentem:
Chare puer, quo tendis iter? vestigia verte.
Nescu, heu nescu, quo te via ducat, & audes
Ignotis errare locis, nihil insidiarum
Per compos ratus herbosos, nihil esse periculi?
Omnia tuta putas & quod placet, vtile credis
More iuuentutis stolida, collectus in orbem
Sæpe latet molli coluber sub graminis vmbra.
Est facile incautos offendere parvulus infans
Innocuos rutilo digitos extendit in ignem.
Nec nisi iam lassus vires intelligit ignis.
Hæc regio intrantes aditu consuevit amœno.
Fallere, delicias offert, & gaudia verum
Ingressis, quum triste nihil superesse putatur
Mille parat laqueos, & mille pericula profert,
Trames hic, vt collem gressu superaueris illum,
Ducit in vmbrosam syluam crudele ferarum
Hospitium, loca terra situ, & caligine opaca,

Quisquis

Quisquis eo deceptus abit, remeare vetatur,
Et piceis primum velatur lumina vittis.
Deinde per omne nemus, dumeta per aspera tractus
Transit in effigiem monstri, dum voluere linguam,
Atque loqui tentat, mugit: dum attollere se se
Credit humi gradiur quadrupes, neque suspicit astra,
Ima tenebrosa vallis, lacus aequore nigro
Occupat, & nigris mons plurimus imminet vndis
Huc tracti in Stygios latices, altumq; barathrum.
Praecipites dantur, rapidaque voragine mersi
In Styga, & aternas Erebi rapiuntur in vmbras.
Heu quot pastores istis ambagibus acti.
Cum gregibus periere suis, ego sedula semper
Monstra sequer, hic ad opem vigilo indefessa ferendam.

Talia pergebat memorans. Cõmemorat quæ virgo vila sit polluci, quum iam fugam facere decreuerat. Eã autem, quia in Carmelum ire suadet, & virginum coronam secum duxit. nõ ineptè putaueris diuam virginem Mariã, cuius protectione, & numine insignitur nũc carmelitana religio, quam auctor noster professus est. Quin adeo Ecloga octaua id manifestè docet. Alludit tamen ad eam quę Herculi apparuisse dicitur, vnde dicit apparuisse iacẽti. Fronde sub Herculea, respicit quoque ad biuium Pythagoricæ literę, de quo in opusculo Maroniano abundè diximus. Vt vero sciamus quæ Herculi apparuerit, audiamus Ciceronem, id est, officiorum ita differentem

Ia

In primis constituendum est, quos nos & quales esse velimus & in quo genere vitæ, quæ deliberatio est omnium difficillima, Ineunte etiâ adolescentia, cui inest maxima imbecillitas consilij, tunc id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit quod maximè adamauit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque viuendi, quam potuit quid optimum esset iudicare. Nam Herculem Prodicus dicit, vt est apud Xenophontem, dum primum pubescēret, quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est exisse in solitudinem, atque ibi sedētem diu secum multumque dubitasse: quum duas cerneret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtrum ingredi melius esset. Hoc Herculi Iouis situ edito, potuit fortasse contingere, nobis non itidem, &c. Hæc Cicero. Aiunt autem inter dubitandum duas accessisse matronas. Virtutem & Voluptatem, quarum Voluptas prius ingressa, accuratissimè erat ornata, & omneis delitias post se trahebat respectans aliquando, cum fastuque omnia ostentans, & multa etiam plura pollicens secum trahere Herculem tentauit.

At Virtus aspera, & dura seuereque intuens

intuens contra. Non polliceor, inquit, aliquã voluptatem, aut quietẽ, sed laborem pericula sudores infinitos, terra, marique tolerandos, sed horum prẽmium erit te deum fieri. Quod audiens Hercules grauibus verbis Voluptatẽ repellens, Virtutem sequutus est. Cuius, vt inquit. Maro, primus ingressu difficilis videtur. Nam virtutis dextrum petit ardua callẽ, difficilemque aditum primum spectantibus offert. Sed requiem prębet fessis in vertice summo. Sed ad auctorem. Voluitq; reuerti .f. ad virginem quem constituerat deserere quia nihil inconstantius amante. Sed alea erat iacta. i. iam perfricuerat frontem, hoc est periculũ infamiæ non amplius timuerat; & ita erat extra aleam, per quam significatur omnis incertus auentus & omne periculum, vt, alea belli. &c. Erat autem iacta fuga, id est, per fugam, quam parauerat; nota cunctis, id est, omnes sciebant quod surgere constituerat, & huc animo sedebat fessus mœrore, amore languens, & mœrore confectus sub fronde Herculea sub populo, quę plurima creuit in ripis Padi. Vnde Ouid. Populiferq; padus, &c. Ea autem arbor dicatur Hercvli, vnde in Buc. populus Alcidę gratissima, qui ctius fronde coronatus, ad interos descẽdit ac redijt. significat autem virtutem, quæ intrinsecus viret, &

extrinsecus

extrinsecus pallet, vt ipsa frons populea: Ora manus &c. Synecdoche est, vt Æneid 4. Omnia Mercurio similis vocemque coloremque &c. Per campos herbosos, id est, virides, & ita adolescentiam notat. Sæpe latet Maro. Frigidus o pueri fugite hinc, latet anguis in herba Paruulus infans. Alludit ad Mosen, qui relicto auro, carbonem ardentem in os suum incolit, quo se innocentem adhuc declarauit. Aditu, i. introitu, amœno delectabili, & voluptuoso. Trames hic, scilicet tam amænus. Pronomen hic, anceps est, vnde hoc loco corripitur, aduerbium autem, semper produci vult. Crudele, hospitium appositoriè, sicut Ænei. 6 Itur in antiquam syluam, stabula alia ferarū: Situ, id est, mucore & sanguine immūda. Remeare veratur. Maro. Facilis descensus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis, sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. pauci. quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens quos vexit ad æthera virtus. Dijs geniti potuere, Piceis vittis id est, caligine ignorantiæ & desperationis, velatur lumina, id est, habet oculos velatos: Est enim Græca locutio, vittis, fascijs, quibus ligari solent decollandorum oculi. Transit, id est, transformatur in effigiem monstri. Doceet quid Metamorphoses poëtarum sibi vo-

Aditus.

Vitta.

lunt, quibus Vlissis socij in feras, & pecudes versi finguntur: quia homo voluptati deditus fit bestialis, animalis autē homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei, vnde neq; suspicit. i. sursum inspicit astra, ima occupat, sēper versatur in limo carnalium desideriorum. Mons plurimus, id est, difficultates, & pericula, quę in luxuriosa vita sunt, latices stygios, id est, obscœnas aquas, tristitia infernalis, altumque, i. profundum barathrum, i. voraginem, i. Styga in locum fernalem, a tristitia dictum. Declinatur autem, hæc styx, huius Stygos Vnde hanc Styga accusatiuus. E rebus ferē a doctis sine h. scribitur, diciturque lacus obscurus. Nam *EREBENNOS* obscurus dicitur. Ego, scilicet virtus aut bona inspiratio, indefessa, id est, indefatigabilis. Multa prætereo, quia nota sūt etiam pueris.

Stygius. Batathrū.

Tolle moras igitur, mortis fuge blanda propinqua
Atria, secreti tutam pete littoris oram.
Quæ contra Idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera Carmelus viridi caput arbore cinctum.
Primus his antiquis patribus spelæa domosq;
Præbuit, arboreas intra nemus ilice densum,
Ex hoc in vestros deducta cacumina montes
Religio venit, sicut de fonte perenni
Flumina & ex vno multi genitore nepotes,
Illius in syluis, abies vbi plurima surgit,

Pinguis

Pinguis vbi piceæ sudat liber & terebinthi,
Innocuam post quam fœliciter egeris æuum
Mox tua mutatis ætas renouabitur annis.
In loca te tollam meliora virentia semper.
Immortalis eris, diuum comes ire per astra
Inter Hamadriades, & Oreades, atque Napæas,
Flore coronatus caput & redolentibus herbis.
Fas erit, ac super, & subter cognoscere cœlos.

Tolle moras. Prosequitur verba virginis quę Polluci apparuit. Blanda atria mortis ꝓpinquæ, quia ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt ad inferna: Et alibi: stultè hac nocte rapiens animam tuam: Tutam orã, id est, montis Carmeli, qui contra Idalios, fluctus, id est. Cyprum, protenditur mihi, aut diuæ virgini, aut sanctę inspirationi. Nam omnis religiosa professio Heliam, & Heliseũ cæterosque filios prophetarum habet auctores, etiam Hieronymo censore. Hic, sci. carmelius præbuit primus antiquis patribus. s. iam dictis. Splęa. id est, speluncas, domos arboreas, id est, sub arboribus intra nemus densum, ilice, id est, in nemore ilicibus pleno. Vnde dixit, caput eius cinctum viridi arbore. Religio venit deducta ex hoc cacumine, i. ex hoc vertice Carmeli in vestros montes, qui scilicet in Europa sunt. Nam duce diuo Lodouico, primum in Galliam translati sunt, sicut flumina, scilicet deducuntur de fonte perenni. i. per

totum annum, & in perpetuum fluente. Flumina enim fere in montibus fontem habent pro capite. Illius in syluis. Ordo est postquam egeris fœliciter æuum innocuum in syluis illius, s. Carmeli, vbi. i. in quibus insurgit plurima abies. & liber, id est, cortex interior piceæ scilicet arboris pinguis, qui picem exudat, & liber terebinthi suda, scilicet resinam, & picē. Allegoricos, vult illic tranquillàm, & sine penuria esse vitam qua qui omnia derelinquūt, Chrystum sequentes, centuplum recipient, & vitam ęternam possidebunt. Mutatis annis scilicet in æternitatem qui erant transitorij. Ite per astra. Inter hamadriades, id est, Nymphas arborum, & Oreades. i Nymphas montium, & Napæas, id est, nymphas florum i. inter cœtus virginum, fas erit, quia & ipsa virgo. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunque ierit &c, Ac super & subter, quia in medio erit.

Sic effata, Ienes virgo discessit in auras.
Tum sua vrauit Pollux mutata repente
Pectora, & extemplo victum expirasse furorem.
Non aliter quam flamma cadit si ardentibus agris
Æstuet, & totas præceps Padus euomat vndas:
Sic abijt crudelis Amor, qui sæpe pharetram
In iuuenem, dum principijs obstaret amandi,
Dum tener ac timide insanit, consumpserat omnem.

Sic

Sic igitur Pollux in Claustra silentia venit.
Alph. Sunt quibus aspirent etiam nolentibus vltro,
Sunt quibus insensi sine causa, & crimine dij.
Galb. Quod nos in pecudes, in nos id iuris habent dij.
Hoc rus scire sat est, sapiant sublimius vrbes,
Sic docuit rediens aliquando ex vrbe sacerdos
Ianus, & in magno dixit sibi codice lectum,
Al. Sol cadit, & Baldi vix summa cacumina tangit.
Nos quoque iam serò cum sole recedere tempus,
Galbula, sarcinulas ne sit tibi ferre molestum,
Pera leuis, leuis est & cantharus omnia parvus
Ferre labor sero, graue mane, sed vtile pondus.
Ipse pecus ducam, mihi pars erit ista laboris.

Sic effata. Bene effata, quia sic dicuntur oracula. Virgo, aut virtus, aut diua virgo, discessit in leues auras, id est, euanuit. Tum sua iurauit Pollux. Ideo iurauit, quia difficile creditu. Simile diuo Thomæ Aquinati contigisse dicunt, qui accinctus lumbos, postea Venereum ardorem non sensit, Et Etxemplo, id est illico, e vestigio, tractum ab Auguribus volunt, qui designato Templo, dicebant extemplo, quo dicto subito abscesserant. Furorem, id est amores. Non aliter, scilicet, vt Aqua extinguit Ignem. Qui consumpserat in Iuuene omnem Pharetram, id est, omnes vires suas, dum Principijs obstãret velle, aut deberet iuxta illud. Principijs obsta. &c. Dum tepet id est, dum animus in dubio Extemplo.

est,facili momento huc aut illuc impellitur. Ac timidè insanit.i.adhuc timore, & pudore afficitur,& nondū consentit in illecebras. Sic etiam Pollux in claustra silentia venit. Vbi impeditā habet veniā,ne liberè canat. Sunt quib⁹ aspirēt,quia spirit⁹ vbi vult spirat.Sūt quibus infensi sine causa & crimine dij sunt. Id implè,nisi rusticè,quia cōsilia dei sępe occulta sunt,nunquā autē iniusta. Videntur autē dij infensi bonis,& insontibus,quando maximè amici sunt,hoc est,quādo eis tribulationē,vt meliores euadāt,immittunt. Nā virtus Infirmitate perficitur. Quia ergo rustici id nō animaduertunt, videntes bonos affligi, dicunt deū eis infensū quum minime sit. Verū tamen si sit,non tamen iniustus est,quia non habet præscriptam legē. Vnde dicit Galbula. Quod nos in pecudes. Ordo est,dij habēt id iuris in nos,quod nos.s.habemus in pecudes.Hoc rus scire fat est.s.rusticos,sapiāt sublimius,vrbes,i.vrbani.Sic docuit rediēs.i. veniens,quū illic habitant ferē prædicatores,& Ianus dixit sibi lectum in magno codice,s.de cretorū,aut Bibliorum. Sol cadit. Pro more suo finem parat Eclogæ.docens esse discendi tēpus. Galbula sarcinulas,Ordo est. O Galbula,ne sit tibi molestum.i.graue ferre,i. inferre & colligere,sarcinulas,i.paruas rerū pastora-

storaliũ sarcinas, pera. s. nostra in qua panis, & cætera edulia ferri solẽt, est leuis. Vnde dicitur Æsopũ cum alijs accinctũ ad iter libenter subijsse reticulũ panis, licet ponderosus esset, quia nouit in itinere imminutum iri Cantharus. i. poculũ quo Sylenus vti dicitur in Buc. Virgilij, Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Cantharus ergo leuis quia exhaustus. Paruus labor est ferre omnia, s. cibi & potus repositoria. Sero, i. vesperi, & graue pondus, sed viile ea omnia ferre mane. Ipse, s. ego, ducam, pecus, i. gregem nostrum. Sarcinula.

ECLOGA OCTAVA DE RELIGIONE RVSTICORVM INSCRIPTA RELIGIO.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Ille canit montes, rura hæ campestria nympha
Polluci visa laudes & festa canuntur,

CANDI. ET ALPH.

HOrrida solstitio tellus sitit Alphe reuerso,
Ad solitos montes, vbi ros in gramine, & æstas
Mitior, hæc armenta monet deducere tempus
Alph. Ærios montes, & summa cacumina longè
Prospicio, quid sint montes (tibi vera fatebor)
Nescio, Semper enim campestria rura, la. usq.

Incolui

Incolui. Montanus ager qua fruge redundat?
Cand. O rude, & illepidum ingenium, prope flumin semper,
Versatus, fulica in morem, limosa per arua,
Halat vbi cimex Stygia excrementa lacuna
Sunt vbi ranarum, culicum, pulicum, cimicumq;
Lustra inter salices. vlnas, vir. desq; papyros,
Irridere audes, & nauci pendere monteis?
Vnde fluunt amnes, templis vbi tanta locandis
Marmora eduntur, fulgens vbi nascitur aurum?
Qua parit antennas telum? medicamen ab herbis.
Dic quibus est nisi montanis? de vertice Baldi
Sape melampodion legi. med cina capellis
Nulla magis prasens, quondam Valsasinus Aegon
Tradidit hoc, dum vere suos castraret. & agnos
Tradidit, & dixit, solus medicamen habeto.
Dic vbi castaneæ plureis? Vbi copia maior.
Glandis? in excelsis sentes, & pascua vidi
Montibus, artocreas & pingue polenta comedi,
Sunt populi fortes illic robusta iuuentus.
Lata pedes, calloſa humeros, nervosa lacertos,
Hispida, dura manus, mol, indefessa ferendæ.

Horrida solstitio tellus sitit. In hac Ecloga, quæ inscribitur de Religione pastorum, habẽ ter primo laudes montium. quas Candid⁹ na ctus occasionem ex calore solstitiali, quo vr gente montes petere suadet, accumulat, non immemor (si rectè sentio) Carmeli sui, quẽ incolere iam animo constituerat, & cuius lau des prosequi intendit, Sólstitio, scilicet æstuo si, non brumali. Est enim duplex. Alterũ quo

sol

sol stare dicitur, quod altius assurgere in epicyclo suo nequit: alterum, quia profundi descendere non potest, vt in bruma. Ad solitos, scilicet Candido, & gregi eius. Nam Alphus Montes ignorat. Ordo est. Tempus monet deducere, diceret, perducere aut producere. Nam deducere in altum inusitatum est. Hęc armenta ad montes solitos, vbi ros est in gramine & æstas mitior, id est, temperatior, quia in summis Montibus Tempore æstiuo frig⁹ opacũ est. Mõtanus ager qua fruge redundet: Ex hac quæstione nanscisci tur occasionem montium describendorum. O rude ingenium versatus. Constructio ad rem respiciens, non ad vocem, sicut apud Comicum. Scelus qui me perdidit. Pulicum, primam communem habet hæc vox. Cimicum. Cimices sunt vermes fœtidi parietibus, & lectis inhærentes, & vbicunque Vapor est Aquarum frequentes, vt calices, pulices, muscę, & id genus Bestiolæ. Lustra potius ferarum sunt. Inter salices, quę in locis humidis nascuntur, vluas, id est, herbas palustres, & papyros, id est arundines, quæ in Ægypto tãtæ nascuntur, vt ex singulis internodijs faciant nauiculas. Habet autem membranam tenuem, in qua olim scriptitabãt. Vnde nunc abutuntur vocabulo, pãpyrum pro chartis

Deducere.

Cimex.

chartis dicentes. Et nauci pendere, id est, non pluris facere, quam nauci, quod aut putamen est nucis, vt Priscianus, & Tortellius sentiunt aut granum fabæ quum se aperit, vt Seruius vult, aut nonnulli, mucor nucis priusquã condensatur in nucleum. Ponitur autẽ pro nihilo, aut re minimi pretij, & valoris. Vnde fluunt amnes, quia ferè in montibus ortum habent, vbi tanta Marmora cẽduntur: locãdis, id est, constituendis Templis, id est, ad constituenda templa, antennas, id est, malos transuersos. Sæpe melampodion. Melampodion genus nigri hellebori à Melampode quodam, qui eo vti in diuinationibus solebat. Dictum autem à pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur, dũ capias eo purgari animaduerit, datoque eorum lacte furentes præditas sanari. Vnde Maro dicit Gerog. 3. Inuentæ quę nocent artes. cessere magistri. Phillirides, Chiron. Amythaoniusque Melampus. Interpretatur autem Melampus, nigri pedis. Vocant enim *Melan* nigrum & *pous* dicitur pes. Fuit & alius Mantes, i. vates insignis, Medicina capellis nulla magis præsens, id est præsẽtius, & citius, sanãs. Quondam Valsasinus Ægon. Ni contra decorum medicinæ perius censeatur, dicit, se accipisse ab Aegone pastore, quẽ Valsasinũ a loco nomina-

Antennæ Melãpodiõ.

Melampus.

Mantes.

Artocreas. Pastillum Artos.

nominat. Dic vbi castaneæ plures, videlicet, quam in montibus, quid nusquam Artocreas, id est, panem cui caro includitur. Pastillũ vulgi vocant: *ARTOS* enim dicitur panis, & *KREAS* caro. Lata pedes, i, habẽs latos pedes, callosa humeros habens humeros callosos ex labore, aut pupposos. Neruosa lacertos, id est, habens lacertosos neruos. Hispida, id est pilosa, moli ferendę, id est ad molem ferendã id est, quoduis onus portandum, indefessa, id est indefatigabilus.

Vallibus ex illis, onera vt nanalia curet
Consuit huc, nullum est hominum genus aptius vrbi,
Siue velis castrare pecus, eu scindere fagos,
Siue fimum ferre è stabulis, haurire cloacas,
Latrinas curare, viamq; aperire coactis
Sordibus, & scalis puteos descendere in altos.
Ingenio callent, & duro robore pollent,
Sed quid opus multis? Subeunt opus omne, popinis
Inseruire, focos lignis cumulare veruque
Artifici versare manu, dare libera fumo.
Spiramenta, boum ventres ad flumina ferre.
Vertere humum immundam scopis doctissima gens est.
Quodque magis miror, semper sub pondere currunt,
Cotibus in duris oriuntur, & ardua viuunt
Per iuga, cum capreis habitant spelæa ferarum.
Adde quod in cœlum breuis est è montibus altis
Transitus, erectum caput vsque ad nubila tollunt,
Nubila transcendunt aliqui, puto sydera tangunt,
Esse locum memorant, vbi surgit ab aquore Titan,

Qui

Qui (nisi dedidici) contingit vertice lunam.
Et vixisse illic hominem, sed postea abactum
Improbitate gula, quod scilicet omnia poma
Manderet, & magno seruaret nulla Tonanti.
Hinc dui, sanctiq; patres in montibus altis
Delegere domus tacitas, Carbusia tectis,
Carmelus, Garganus, Athos, Laureta, Lauerna,
Et Sina, & Soractis apex, umbrosaq; vallis
Et iuga Nursini fato senis inclyta, & altis
Abietibus turrita caput Camaldula sanctum,
Cetera praetereo. Nec enim sermonibus istis
Omnia complecti statuo montana frequentant
Culmina cœlicola, sed anas, & mergus & anser,
Ibis, onocrotalus, milui fulicaq; palustres

Vallibus ex illis, id est, inter montes istos, aut loquitur de planitie quę est in montibus Enumerat autem sordida ministeria, ad quæ fere aptiores sunt in montibus orti, sicut ad omnem laborem. Vnde Iuuenalis Satyra secunda. Et illud audiret positis mōtanum vulgus aratris, posset tamen videri loqui de imꝑplanitie, & conualibꝰ natis vt illis det honesta ministeria, his sordidiora. Sed de his qui in montibus nascuntur totus est Sermo, quia dicit Collibus in duris oriuntur. Credā de illis loqui, qui in Franciam veniunt purgaturi cloacas, & fumaria, idque quasi Satyrico morsu, vt nescias an laudet, an verius irrideat eos, nisi quia rustico dat patres laudandi, cui etiam

etiam vile ministerium dum strenuè fit, laudabile videtur: Ex illis igitur vallibus, quę sunt sub vertice montium, inter montes tamē. Cōfluit huc, id est, ad hæc plana loca, subauditur ex superioribus robusta inuentus. vt curet opera naualiæ, id est, nauticum expleat munus. Caltrare, id est, emasculare, aut excolare, seu scindere, id est, incidere, & amputare fagos, arbores glandiferas, a ΦΑΓΕΙΝ, id est, comedendo, dictas. Non autem intelligo vt toreumata faciant aut celaturas, ad quas fagus apta: vnde est. Tibi pocula ponam. Fagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis. Cloacæ sunt cryptæ subterraneæ, per quas sordes in fluuium demittuntur. Sordibus coactis id est, congregatis & compactus vt aquæ ductus elaudantur. In altos puteos, eorum purgandi gratia. Popinis, id est, culinis. Dare libera fumo spiramenta, id est purgare fumaria, vulgō caminos vocat. Vētres ad flumina ferre aut sordes aluorum, aut intestina pecorū mactatorū, semper sub pondere currunt, quod in vallibus ortis non congruit, & multo minus q̄ sequitur, cotibus in duris oriuntur. id est, inter cautes, & saxa aspera. Spelæa id est, spelunças, sed Græcum est. Adde quod in cœlum, Id scommate non caret, aut rusticon simpli-

Cloacæ.

Popinis.

Spelæa.

simplicitate, quasi vero animæ spatio ferantur in cœlum. Nubila transcendunt aliqui. Athos enim est vltra mediam regionem aeris, vsque adeo, vt in eo neque nubes, neque venti sint, sed cineres ex sacrificijs derelicti, reperiantur anno peracto indispersi. Esse locum memorant, scilicet paradisum terrestrem, quem quidem sub lunari globo ponunt. Quod scilicet omnia Poma. Id quoque pastorali ioco non caret. Hinc diui, sanctique patres. Hoc videtur principaliter intendisse, vt tandem Carmelum laudet.

Carthusia non longè a Gratianopoli, in Delphinatu, prima Domus Carthusianorum, Virorum profecto Cœlestium, quibus, vt solidis tibicinis christiana fulcitur Religio. Carmelus Antiquitate omnes excellens, & obseruatione Candidæ Religionis, cæteris non inferior. Garganus diuo MICHAELE Mons insignis. ATHOS Mons THRACIÆ in confinibus MACEDONIÆ, miræ Altitudinis, in quo est Potidea Religione insignis, qua Cineres in aris derelicti, illic disturbari negantur. Laureta, vbi diua Virgo habet ædē excellentissimam, a miraculis ac donarijs clarissi- Athos.

clarissimam. Lauerna dea quę a furibus colebatur, cui ædes erat iuxta Lauernalem portam, quæ in Christianum conuersa est vsum. Et Syna, mons est vt dicitur Gala, 3. in Arabia Sepulchro diuæ Catharinę religiosus, & præceptis Moysi datis olim iã illustris. Apex Soractis. Apollinis obseruatione olim præclarus, Virg. Sũme deum, sancti custos. Soractis Apol. Nunc quoq; quod illic sub Cõstantino nondum conuerso, delituit Siluester Romanorum Pontifex insignis, & insignis, & vallis dicitur vmbrosa, in qua ille delituit. Et iuga Nursini fato senis inclyta, a Nursis oppido in montibus posito. Æneidos septem, Et te mõtosæ miserę in prælia Nursę Vfens insignem fama, & fœlicibus aruis. Et Gamaldula turrita caput sanctum, id est, habens sanctum caput Turritum, id est, quasi turribus insignitũ. Abietibus, quæ arbores in montibus nascuntur, suntque quos sapinos vocant. Est autem non longe a Florentia. Cœlicolæ, vt Micha. & cæteri Angeli in Sena auditi. Anas auis immunditia aquarum gaudens & mergus ad limum tendens, & anser, etiam illuuie aquarum gaudens, & mergus ad limum tendens, & anser etiam illuuie aquarum pastus, & Ibis, vt Ciconia cui similis est: serpẽtibus nutrita. Onocrotalus etiam obscœnitatem amans, ea ab

Onoo

ui aues rapaces & obscænis viuentes. Fulicæ aues circa littora turpem victum quæritantes Frequentant, scilicet paludes.

Alph. *Inter montana tantos religionis honores,*
Cur de messe nihil, nihil est de palmite dictum?
Hac tamen humana duo sustentacula vita
Maximus, monticola veniunt e rupibus ad nos
Hordea mercatum torui fuligine tincti,
Setosi, & macie affecti laceri, ac situosi.
Indigena ostendunt, qua sit natura locorum.
Sed quod mo tamus de religionibus inquit:
Retulit in mentem, qua de Polluce feruntur.
Qua dea si nosti visa est, qua Cadde nympha?
Dic age. Num cœptum certamen inutile nobis,
Vtilior sermo de religione tenendus,
Cand. Galbula, qui solitus pecudes in pascua tecum
Ducere, te satis hoc potuit docuisse, quod optas.
Al. *Plura quidem Polluce super narrata, sed ipsam*
Nec docuit Nympham, nec me quæsisse recordor.
Nunc subijt mentem, quum religionis oborta rēs
Mentio, & illarum visa est mihi maxima laudum,
Ca. *Non erat illa Dryas, neq; Libethris, nec Orcas,*
Venerat e cœlo superum regina tonantis
Mater, anhelanti pacem latura inuenta:
Huic Tethys, huic alma Ceres famulantur, & ipso
Æolus, æquore s ventos qui frenat in antris.
Hanc deus astrorum flammis super, atq; volantes
Solis equos, supra fulgentem Cassiopeam
Extulit, & sacram bisseno sydere frontem
Cinxit, & adiecit subter vestigia lunam.

Inter montana, Obijcit Alphus nullā esse mentionem

mentionem factam de frugibus, quas vberiores in æquore, seu planitie nasci contendit De messe, id est, de frugibus, de palmite, id est vitibus Mercatum, supinum a mercor, id est, emptum torui, quia imiti ferè sunt fronte, vsque adeò vt immites dicantur in cotibus orti. Vnde Maro in Bucolicis. Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illũ Ismarus. Aut Rhodope, aut extremi Garamantes Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt. Fuligine, id est, pingui fumo Setosi, id est, hirsuti. Iuuẽ. Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ. Promittunt atrocem animum. Situosi, Valla docet situosum esse in vsu. Licẽter autem hic vsurpatur situosi, quia per regulam fiere: sitosus, Indigenæ inde geniti, hoc est, vt hic accipitur incolę. Sed quod tendit ad principale, quod est, declarare diuam virginẽ esse visum. Polluci hoc est, poetæ, eiusque laude accumulare, & poetæ in religione vitam pacis significare Galbula de quo in Polluce satis dictum est, videtur per diminutionem dici Galba, de quo Iuuenalis. Nec vilis Galba tulisset. Polluce super, id est, de Polluce. Est enim anastrophe. Super autem accipitur cũ ablatiuo pro de, vt Æneidos primo. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Nunc suqijt mentẽ, i. venit in mentem. Non erat

etosi.

ndigenæ

albula

Illa Dryas, id est, dea Arborum, & precipuè quercuum: vt diximus. Neque Libethris, id est vna Musarum quę Libethrum incolunt, nec Orcas, id est, dea montium. Nam ΟΡΟΣ, mons dicitur Tonantis id est, veri Iouis, cuius est tonare, hoc est, IESV CHRISTI filij DEI, mater, scilicet, Maria: Iuuentę anhelãti, id est, laboranti in periculo vitæ, pacem, id est, tranquillitatẽ mentis. Tethys, id est, magna dea maris, vxor Oceani; factique Tethyos in genitiuo, & vtramque producere potest, vt in Georgicis, Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Dryas.

Libethris.

Orcas.

Tethys.

Ceres, dea frugum dicta Regina Siliciætalma quia nos suo iuuento alit. Et ipse Æolus rex ventorum dictus, quod illorum vsum mari fecit abscisa siluâ, quę impedimento erat. In antris æquoreis, i. vicinis æquori. Aeneidos primo: Aeoliam venit loco fœta furentibus Austris, &c. Frœnat ibidem. Illa se iactet in aula Æolus, & clauso ventorum carcere regnet. Deus extulit hanc scilicet diuam virginem super flammas astrorum. Vnde canitur. O gloriosa domina, excelsa super sidera, quia assumpta es Maria ad æthereũ thalamũ. Atq; volantes, i. pernicies: equos solis, quos ouid. in principio secundi Metamorph. ponit vt alibi diximus. Supra fulgentẽ Cassiopeiã, quę est

Aeolus.

in circulo arctico, effigies tamen corporis ad æstiuum circulum peruenit, quam capite, & dextra manu tangit, quam prope mediam diuidit circulus lacteus. non longé à Cephei circulo locatam, vbi occidit cũ scorpione, exoritur cum sagittario, Hanc Euripides, & Sophocles, & alij multi scripserunt gloriaram olim fuisse quod Nereidas corporis pulchritudine superaret, propter quod in siliquastro conspicitur sedens, & vertente se mundo resupinato capite ferri videtur. Bysseno sydere vt Apocalipsis duodecimo Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.

Alph Candide mira canis, nullis pastoribus vnquam,
Cognita quid Tethys? quid fulgens Cassiopeia?
Æolus quoreis ventos, quis frenat in antris?
Qui sunt solis equi magna atque ignota recenses.
Candi. Sydera sunt partim, partim sunt numina prisca
Omnia quæ Pollux mihi quum narrasset, in ædem
Duxit, & ista sacer paries, ait omnia monstrat.
Pictus erat paries signis & imagine multa.
Omnia non memini, mens est mihi debilis, ista
Vix tenui dum sæpe animo valuo, atq; reuoluo,
Sæpe recordari, medicamine fortius omni.
Ista potest nigro depellere nubila cœlo,
Ista potest siccis fluuios dare frugibus imbres.
Quum volet, ista nouos duris immittere campis,
Quum volet emissos poterit refringere fontes.
Qui modo sunt steriles, & nudi gramine campi

Si m

Si volet in pingues poterit conuertere glebas,
Frigida Saturni quum sydera insecipit atro
Scorpius hospitio, non aufert hordea grando
Nec domus ardebit. Nam tunc hac omnia cælum
Dicitur ratu in terram effundere ab astris.
Si volet, hac nobis custodiet omnia virgo?
Si fauet hac nobis complebunt horrea messes,
Adijcietq; gregi semper fœtura gemellos.
Si pecus infelix erit, & sine vellere solo,
Ipsa potest mutu dare lac, dare vellera & agnos,
Et curare greges omnemq; auertere morbum.
Nil opus est modò Pana sequi, neque cætera ruris
Numina, qua veteres frustra coluisse feruntur,
Vidi ego circum aram nympha pendere capellas
Palustra bouesq; & oues: hic lani vidimus hircum,
Et memini inscriptam versu hoc legisse tabellam,
Votum pro salno lanus breue reddidit hirco.

Candide mira canis. Ne contra decorum maiora, quàm quæ pastoribus conueniant, ceciniſſe putetur, castigat poëta, dicens se a polluce didiciſſe Sydere sunt partim, vt Cassiopeia: & iste sacer paries, scilicet qui erat in æde sacra. Sæpe recordari, subaudi est fortius omni medicamine. Fluuios, imbres, id est, effluentes & abundantes.

Nouos fontes emittere, quod vsu veniſſe varia loca prædicant. Frigida saturni, Id enim prognostichon est futuræ calamitatis, id est, culmorum per grandinem deiectionis. Vnde dicit Maro Georgi, id est. Hoc, metuens cœli

mer ſes & ſydera ſerua. Frigida Saturni ſeſe quo ſtella recepit. Quia vt auctor noſter interpretatur, dum in Scorpium venit, grandine generat Saturni ſydus, ſed diua virgine intercedente, non aufert hordea grando, nec domus ardebit, i. cõburentur fulmine. Fœtura, i. fecunda productio fœtus. Maro. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto, Adijcite, ſcilicet ad gregem, gemellos, id eſt, geminos fœtus. Si pecus infœlix, id eſt, morbidum & miſerabile fuerit: bene autem conuertit ſermonem ad rem paſtoralem Solo nutu: ſolo indicio capitis. Pana, deum paſtorum. Dè quo Maro. Pan curat oues, Ouiumque Magiſtros.

Pan.

Nympha. Capella.

Cætera numina, vt Panu. Apollinem Faunos, Syluanos, Aegipanas. Satyros, Cererem, Bacchum, &c. Nymphæ, i. diuæ virgines, æterni patris ſponſæ. Capellas, id eſt, capras cereas, hircum Iani, quem Ianus putarat amiſſũ, quũ a puero in vepribus alligatus eſſet, vt prius vidimus. Eſt autem artificioſè hoc dictum. Nã ſic prius dictam veram hiſtoriam aſſerit. Erat autem hircus cereus, aut depictus, vt patet ex carmine. Moris eſt autem Italorum in tabellis votiuis, depingere caſus ſuos, & miraculoſas liberationes, aut recuperationes. Vnde & Amaſius poeta.

Nunc dea nunc ſuccurre mihi. Te poſſe mederi,

Picta docet, templis multa tabella tuis
Dumque ea perlegerem, Pollux hæc carmina supplex
Ante aram genibus positis in marmore dixit.
O deæ, quæ seruas vrbes, & rura, præcamur
Ne Padus exundat, ne strix nocturna per vmbras
Hauriat infantes, nec eant per compita larua
Tiua, faxe agricolis, talpas occide, malignam
Aggeribus pestem, geli lis sata læta pruinis.
Quando bruma venit, conspergere diua memento,
Ne tineæ rodant anno frumenta sequenti.
A Boreæ flatu pingues defende mariscas,
A gruis ore fabas, & ab ansere farra palustri,
A serpente boues, à vulpe, & fure cohortem.
A brucho erucas, à bruma, & grandine vites,
A vi & fraude lupi pecus, a rubigine fruges,
A rabie catulos, a flamma & flumine villas,
A murum insidijs petasonem, a milite pernas,
A campe, & pigris, pigris heu cætera nescit
Mens oblita sequi, numerus me in verba reduxit
Sæpius, ad numerum redieni, odiuia forsan
Mente abigam, retro gradior numerumque recurrens
A murum insidijs petasonem, a milite pernas
A campe & pigris viridis limacibus hortos,
Alphe, viden quæ vis numeri? iam cætera cerno
A tonitru reboante cados, a frigore fœtas,
A grauibus vitulos æstris, a gutture porcos
Anginoso, operas pubes ne rustica perdat,
Adsis o dea, nec lædant examina fuci.
Neu milium furentur aues, neu vellera sentes
Succida, neu lappas apprendat lana sequentes.
Diua gubernatrix hominum, custodia vatum,
Diua laborantum requies medicina dolentum.

Et tutela gregum nostri, precor annue votis.
Talibus orabat Pollux, ego postibus harens.
In baculum pede porrecto, recitata notabam,
Altius, ac memori condebam singula mente.

Dumque ea perlegerem. Ostendit Pollucē in religione memorem pastorem, atque orare pro rerum rusticarum conseruatione. Vnde carmen eius deprecatorium recenset. Perlegerem, scilicet oculis, non ore, Nam, vt dixi, picturæ sunt indoctorum libri, ea scilicet quę depicta dixit: in marmore, super marmor pauimentitium. Ne Padui exundet, quia sępe vt Maro dicit, fluuiorum rex Eridanus, camposque per omneis. Cum stabulis armenta trahit ne strix nocturna, id est, rusticorum superstitione, qui putant striges, & lamias noctu volare quæ infantes auferant edendos, quod dictum est ad terrorem puerorum ne noctu vagentur. Auctor est Porphyrio ad illud Horat, in arte poetica.

Ne quandocunque velit, posset sibi fabula credi,
Neu pransa lamia viuum puerum extrahat aluo.

Perottus autem dicit de strigibus sic. Striges non a stringendis infantiam corporibus, vt quidam falso existimant, sed a stridore nomen habent, fabulosumq; est, quod eas tradūt vbera infantiam labris immulgere, aues sunt nocturnæ. Lucan. Quod trepidus bubo, quod strix

strix nocturna quęruntur. Constat tamen, & in maledictis iam esse, & etiam apud vetustissimos fuisse, accipique pro maleficis mulieribus, quę noctu gradientes, incantium corpora sanguinem sugendo exhauriunt. Hæc ille. Hauriat igitur, id est, exhauriat sanguinem sugendo: nec laruę id est, cacodemones, ac lemures, hoc est nequam spiritus, qui vagari putantur, & dum innocui sunt, lares dicit talpas, appositoriè malignam pestem aggeribus, id est, cumulis terræ. Ne tineæ, scilicet niuales, aut alij vermiculi, vt limaces, bruchi, tineæ, blattæ, marijcas, id est, ficus, anfere palustri, id est, in domito, in paludibus versari solito a Serpente boues, quia in aluum immitti solent. cohortem, id est, gregem, a brucho, id est, vermiculo, caules, & erucas, quę salaces sunt herbæ, depascere solito, à bruma, id est, brumali frigore, a rubigine, infesta pluuia quia rubiginem inducit, catulos, id est, catellos, villas, id est, domos in agro petasonem, id est, anteriora crura. suum à milite id est, stipendiario. Franci arcti tenentem Frācum appellant, a campe, id est, vermiculo illo, hortenses maximè herbas & arborum frōdes erodere solito. Vnde Columella. Nec solum teneras audent erodere frondes, implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Fingit autem

autem rusticum, oblitum carminis, vt decorũ seruet. Quę vis, i, virtus numeri. i, rithmi & metri, quia metra iuuant animos, id est, memoriam. Vnde ille, Numeros memini, si verba tenerem: a tonitru roboante cados, id est, vasa vinaria, in quibus per vehemens tonitru vina obuerti solent, & in vappam mutari. Fœtas, id est, grauidas oues, œstris, quos Latini asilos vocant. Maro. Georg. 3. Cui nomen asilo Romanum est: œstrum Graij vertere vocãtes. Vitulos ardente sole nimium excruciant, & in fugam quasi furentes vertunt a gutture anginoso. Is enim suibus peculiaris est morbꝰ operas, id est, labores diurnos: fuci vespæ sit inutiles apes: aut muscæ non mellificantes. sed mella furantes. Vnde dicit Maro de apibus, Ignauum fucos pecus a præcepibus arcent. Examina autem sunt apum seu apium fœturæ. lucen. Examenqùe apium longa considerat vna. Milium, legumẽ. vt quidam volunt, a mille dictum, quod millesimũ reddat. tamẽ primam corripit, vt Georg, 1. & milio venit annua cura vellera succida, id est cum lana nódum lota. Sentes id est, spinę & vepres hirsutę, lappas, i. noduloshirsutos in lappa herba crescentes. Memori mente vt vero simile faciat.

Cadus
Fœta.

Oestrum.

Angina
Operæ

Examina
Milium

Sentes.
Lappa

Alph. Candide, polluci pro sollicitudine tanta,

Pro precij officio, pro relgione putasne
Dandum aliquid nobis pietate peculia crescunt.
Can. Quid ni aliquid dandum? est opus est persolvere cratem,
Alph. Rusticus es, crates etenim pro gratibus inquis.
Cand. Crates & grates parvo discrimina distant,
Dandum aliquid, nam bis detur sine pascha revertí,
Quando sacerdotes commissa piacu'e solvunt,
A. Quid dubimus Vtili gravis est iactura vel agnum,
Vel leporem pietas etiam laudabilis anser.
Cand. Dona docet tempus, lepores, brumalia dona,
Quando nive hyberna currendi erepta facultas.
Anser ad autumni finem, nonasq; Kalendas
Pertinet æstatis, corilis nova poma racemi,
Munera, lactentes hœdi sunt veris & agni,
Tunc si de cordis aliquem conspexeris ægrum,
Ac tenuem, qui nec vendi nec vivere possit,
(Munus erit solenne satis) donabimus agnum.
Ipse mihi quum iam regredi post prandia vellem,
Carmina de Nympha solennibus erutta fastis
Tradidit & dixit, si quando gravabere curis.
Hac cane. pro mentis medicamina carmen habeto.

Candide, Polluci. Ostendit poeta hoc figmẽto pastorũ animũ ad gratitudinẽ, vt ad eã inuitet, nõ immemor professionis suæ pietate i, eleemosynis præ exhibitis: peculia, id est: possessio-

possessiones. Opus est persoluere crates, vt risum excitet, facit rusticum crates pro grates dicere. Dandum aliquid, sed ne bis detur, sine id est permitte pastia reuerti. Piacula, i. peccata expiatione digna, soluunt, i. absoluunt. Lactura, id est, amissio, etiam anser est pietas. i, eleemosyna laudabilis. Dona docet tempus id est, pro tempore danda sunt dona, quia habent & obsonia sua tempora. Vnde lepores etiam debent dari in media hyeme, quando nix alta impedit aufugere. Anser ad autumnũ, & Kalendas Nouembris pertinet. Corili, id est, auellanæ. & noua pomo, & racemi sunt munera æstatis. Hœdi & agni lactentes, id est, adhuc lac sugentes, sunt munera veris, id est, verni temporis. De cordis, id est, fœno autumnali, qui nec vendi, &c. Morem rusticorũ satyricé describit, qui donant quod retinere nõ possunt. Carmina, scilicet frequentia, de Nymphæ solennibus eruta, fastis, id est, fastorũ libris.

Quando Molorcheo Titan descendit ab astro,
Pronus, & Astraeam lumina virginis intrat
Virgine lætetur pubes, & cana senectus,
Transyit ad superos, & Olympica regna petiuit,
Ogdoas vt toto iam tertia fluxerit orbe,
Festa dies iterum, natalia virginis aras
Ignibus illustrant, offert nona tiba, sacerdos.

Libro

Libra redit, noctes properant aquare diebus.
Exultat Picenus ager vehit Adria puppes
Illyricas, & Chaonias cum mercibus adsunt
Thusci, Vmbri, Lucrinenses, Siculi, Laurotica templa,
Cum donis turmatim adeunt, votaq; solutis,
In sublime iugum lati ad commercia tendunt.
Et quum Thessalicas cursu brevitore sagittas
Sol subit, & frigent ventibus arua primis,
Clausa gyracei sacris penetralibus, hausit
Corde deum toto proprios oblita parentes,
Et quum semiferi iugiem Chironis ab arcu,
Languet ad hyberni glacialia limina capri,
Induat ornatas, & vinas & fœmina vestes,
Letitiaq; diem celebret, quo semine sacro
Coniugis annosus grauidam pater imbuit alnum.
Illa dies etenim sancta primordia nympha
Fecit, & in nostras cetum descendere sordes.

Quãdo Molorchæo. Docet quib⁹ tẽporib⁹ agantur solẽnia festa diuę virginis vt festum Assũptionis in medio Augusti, quãdo Sol de-reliquit Leonẽ, & ingreditur Virginẽ. Vnde idem in Parthenice Mariana: terga feræ Titan. Nemeæ extrema tenebat Fulgentem cratera inter, claramque coronam. Sequitur autem in hac re opinionẽ Nigidij, qui hũc Leonem tradidit a Luna iussu Iunonis in terra Arcadica & regione Nemeæ educatum, & deinde in exilium Herculis demissum, quẽ Hercules iussu Euristhes claua qua a Molortho hospite acceperat, interfecit. Itaque postea

claua

claua pro gladio, pelle pro scuto vsum Herculem fuisse. Leonem vero a Iunone inter sydera relatum, qui ad occasum spectans, supra caput hydrę constitutus est. Quando igitur Titan, id est, sol, descendit pronus ab astro Molorchæo, id est a leone claua Molorchi interempto. Est autem longè petitum epitherum, & intrat iam luminas Virginis Astreę, id est, Iustitiæ virginis, quę Astrœa dicta cœlum petijt, sed vt dicit Vir. Vltima cœlestũ terras Astrea reliquit, tũc scilicet pubes, id est iuuenes pubescentes, & senectus cana, id est, senes canescentes, lætetur virgine, s. Maria, quia scilicet tunc transijt ad superos, & petiuit regna, id est, cœlestia. Ogdoas, describit festũ natiuitatis D. virginis, dicens. Vt, id est, postquã tertia Ogdoas, id est, octaua aut tertius octonarius numerus. Est enim *OGDOAS ANDOS* numerus octonarius. quo ter replicato post assumptionem, habetur natalis virginis, fluxerit iam toto orbe, iterum scilicet, est, festa dies, quia natalia Virginis illustrant aras virginis, ignibus scilicet luminibus. Sacerdos offert noua liba, i. libamina. Libra, scilicet signum redit, properans, id est, festinans, æquare noctes diebus, quia paulo post est æquinoctium autumnale. Maro: Libra

Molorchus.

de noctisque pares vbi fecerat horas Ager

Picenus

Picenus exultat, scilicet festo solenni. Adria, id est, mare, Adriaticum vehit puppes Illyricas & Chaones, id est, Epiroticas, id est, vehentes Illyricos & Chaonis, seu Epirotas Lauretū visentes. Thusci adsunt cum mercibus, id est, rebus venalibus. Vmbri &c. In sublime iugū, vbi ædes est diuæ virginis: Et quum Thessalicas, describit festum præsentationis eiusdem virginis, quod celebratur quum sol subit cursu breuiori, quia tunc bruma est. Sagittas Thessalicas, id est, sagittarium signum quod Chyron Thessalicus constituere dicitur: quia tunc clausa sacris penetralibus, scilicet templi gynæcei, id est, secreti virginum. Est enim ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝ id est, gyneceum, locus vbi mulieres versantur, vbi clausa hausit deum toto corde, obliia proprios parentes, qui contemplationi diuinę vacabat, nil terrenum sapiens. Hoc autem festum celebratur vndecimo Kalendas Decembris. Et quam semeferi fugiens Chironis &c. Describit festum conceptionis eiusdem diuæ Virginis, sequēs ordinem Kalendarij, non Regiſtræ, Quia prius concepta, quam præsentata fuit. Et quum Sol fugiens ab arcu Chironis, scilicet Sagittarij, semiferi, id est, Centauri. Centauri enim sunt Populi Thessaliæ, qui

Gyneceum.

qui primi equos illic ascenderunt, vnde procul visi, crediti sunt vmbilico tenus equi. Vnde fabula orta, vt infernē equi, supernè homines dicatur. Languet, quia parum habet caloris ad limina glacialia, id est, ad ingressum frigidi capri, id est, capricorni hiberni, id est, hibernalis signi, tum scilicet & mas, & fœmina induat ornatas vestes, id est, ornēt se, & celebrent lętitia, scilicet cum lætentur, diem, quo pater scilicet Ioachim, vt potior est sententia, annosus, id est, vetulus. Imbuit semine sacro, id est, præuento ab originali macula Alium coniugis, scilicet Annæ grauidæ. Etenim illa dies, fecit primordia, id est, conceptum sanctæ Nymphę, id est, sponsæ altissimi patris, & vetuit descendere in nostras sordes, scilicet Originalis peccati, in quod omnes de viri semini nati descendunt.

Quum volat imbrifera lampas Phœbea sub vrna.
Ad vernos reditura dies, iam proxima veri,
Ite nurus omnes, sacros altaribus ignes,
Thura focis, faculas manibus date, ducite pompam
Attulit templum noua dota puerpera virgo.
Quando gregis princeps aurato vellere fulgens,
Incipiet Zephyris aperire tepentibus annum.
Et dare maiores luci quam noctibus horas:
Aliger occultum reseat paranymphus in ædem.
Et noua miranti referat mandata puella,
Festa dies Thuscu populos de conibus omnes

Cogit

Cogit, & Arnicolas vocat ad Florentia templa.
Tum quoque, sed tenui virgo prius interuallo
Nupsit, & hac teneris lux est celebranda puellis.
Quando sub extrema Cancri testudine Phœbus
Voluitur & reuehit vicina Canicula morbos.
Thure piam celebrate diem, redit hospita mater.
In proprios a matre lares, altaria circum
Primitias Cereris gemina suspendite matri.
Ista dedit Pollux, vigilans, quæ in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas, dum nocte serena,
Militiam cœli sparsosq; examinat ignes,
Hũ quoque plura dedit, sed carmina plura referri
Non sinit, extremum deponens vespera solem.

Qunm volat. Docet quando celebrandum est Festum purificationis, aut verius, pręsentationis, & apparationis Christi, quo præsentatus est a diua Virgine in templo. Ordo est. Quum Lampas Phœbea, id est, sol volat sub vrna imbrifera, id est, sub Aquario adhuc existens reditura ad dies vernos, qui incipiunt in Martio iam proxima veri, O Nurus, id est, nuptæ omnes ite, date sacris altaribus ignes, date focis Thura, date manib⁹ vestris faculas, ducite pompam, id est, lætas supplicationes, seu processiones, quia virgo puerpera, id est, quæ virgo permanens, puerum pepererat, attulit in Templum noua dona, quia puerum qui datus est nobis, hoc est, deum incarnatum, & de virgine natum, quę duo

maxima sunt noua, nec prius visa, nec dein-
ceps videnda. Quando gregis princeps. De-
scribit festum Annuntiationis & incarnatio-
nis dominicæ, quod in Martio celebratur, so-
le existente in principe gregis, id est, Ariete.
Paranymphus, id est, pronubus Gabriel (an-
ngelus aliger) quia alati pinguntur angeli.
Miranti, quia turbata est in sermone eius. Lu-
æ primo. Noua mandata, quia ecce conspi-
in viero, & panes filiæ: Arnicolas: id est
rnum amnem colentes, cuius accolas quid
luentinos volunt appellandos. Vnde non s
uel pro Florentia Fluentia, & pro Florenti
is Fluentini leguntur. Id autem festum Flo
entini præcipue celebrant. Non est autem le
gendum arnicolæ, quasi arua colenti. quia il
vbique sunt. Arnicolæ in Thuscia tantum
sum quoque. Tangit festum Nuptiarum
quia prius nupserat. Nam quum esset de
sponsata, missus est Angelus, &c. Tenui i
est medico interuallo, id est, spatio Tem
poris. Est autem spondaicus versus, & ha
ex, scilicet Nuptiarum: puellis teneris, nu
ere sperantibus. Quando sub extrema can
i. Differé docet festum quod visitationis no
ine celebratur sexto Nonas Iulias, potiu
cendum reuersionis, quia statim vt conce
abiit cum festinatione in montana, & n
ut illi

sit illic menses tres, vtque post natiuitatem diui Ioannis præcursoris domini. Quando igitur Phæbus, id est sol Voluitur sub extrema testudine cancri, id est, extrema parte quæ testudinata videtur, & canicula, scilicet Cœlestis.

Vicina, id est, mox oritura reuehit morbos celebrate diem piam, id est, pij officij thure, quia mater, id est, prægnans virgo, quæ etiã ab Elizabeth mater vocata est, quia dixit, vnde mihi hoc, vt mater domini mei &c. quod de ea potius quam de alia prægnante dicitur: quia per eum quem gestabat, certa erat etiam partu futura mater, Hospita scilicet Maria, redit a matre, scilicet Anna in proprios lares, id est, suas ædes, suspendite ergo circum altaria geminæ matri, scili. Marię & Elizabeth, quia a quibusdam vocatur fetum Elizabeth. Primit a. Ceteris, i. nouas fruges, quæ nunc matu ræ sunt. Ista dedit pollux &c. dum examinat ignes, id est dum virtutem scrutatur astrorum, & vespera, i, vesperus, aut vesper, & hesperus, & vesperugo, stella illa vespertina, quæ mane Lucifer dicitur.

ECLOGA NONA DE MORIBVS CVRIAE ROMANÆ POST RELIGIONIS INGRESSVM EDITA IN-

scriptaque

Fulco.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Faustulus expertus Romani frigida tractus
Pascua pastorum mores exponit iniquos

FAVST. ET CAND.

CAndide, quo casu patrijs procul actus ab oris
Hac in rura venis, hic pascua nulla, nec amnes,
Nec liquidi fontes, nec ouilia, tuta nec umbra,
Et tamen assiduos gregis hac pascuntur in vsus

Cand.

Cand. Faustule, me noster Cori lon, qui plurima quondam,
Hu armenta locu habuit, magnamq; peculi-
Congeriem, fecit pecori me credere adegit.
Esse salutaru istu in montibus herbas,
At postquam segnes agros, & inertia saxa
Vidimus, & siccu arentem fontibus vndam.
Pœnituit longæq; viæ, patriæq; relictæ.
Fau. Postquam te incolumem saltus intrare Latinos
Contigit, antiqui potes hæc mea tecta subire
Iure sodalitij: sunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca, mea vix sufficientia vitæ:
Quidquid, id est, commune puta, tibi forsitan vlla
Frospera sors aderit, fortuna simillima vento est.
Caricea succede casæ, dum præterit æstus,
Dum grex in gelida procumbens ruminat vmbra.
Pone pedum discumbe parum, recreabere potu.
Potu opus est, potu iste grauis compescitur æstus.
Pocula prende, fluet melius post pocula sermo.
Cand Pocula quu tanta demens æstate recuset?
Fau. Vina sit imminuunt, animiq; doloribus obstant,
Vina vt amicitias, vireis ita corporis augent.
Cand Hæc parit ora bonos (si patriã vina) racemos,
Fau. Funde iterum, potare semel, gustare secundus,
Colluit os potus, calefacta refrigerat ora
Tertius, arma siti bellumq; indicere quartus
Aggreditur, quintus pugnat, victoria sexti est.
Septimus (œnophili senu hæc doctrina) triumphat,

Candide, inseribitur, hæc quod composita est in gratiam Falconis Sinibaldi patritij Romani, protonotarij, apostoliciqúe fisci custodis, de quo in epigrammatis mentio frequẽs,

esq; de moribus curię Romanę, Inducitur autem Candidus persuasus a Coridone cum pecore Romam proficisci, relictis patris, pascuis, cuius incœpti eum ferè pœnitet. Occasione cuius multa dicuntur in detestationem a uaritiæ Romanæ curię. Hęc in rura, id est Romana. Præteribo enim quæ nota sunt, lure antiqui sodalitij, id est, sodalitatis, & hospitalitatis. Fortuna simillima vento est, id est maxime incerta, & inconstans Caricea casa, id est tecta carice, quæ est herba acutà. Maro. Et carice pastus acuta, Pone, repone, aut depone, vt quiescas.

Carex. Pecum.

Pedum, id est, virgam pastoralem, qua pedes ouium capiunt, & dirigunt. Inuitat autem ad potandum, nec abnuit Candidus, vt si qua petulantius in curiam Romanam dicta sint, a potis dicta censeantur. Animique doloribꝰ obstant. Vnde Bacchus Lyæus, quod curas soluat, & Liber quod ab eis liberet, dictus est. Vina vt amicitias, quia compotando trahitur magna Familiaritas. Comicas, quia compotrix eius est. Solomon, & Cicero comparát vina, & amicitias in hoc, quod vtraque quo vetériora, eo meliora putentur, Hæc ora, id est, regio, parit bonos racemos, si hæc vina sint patria, id est, in hac patria nata. Vnde Faustulus

potui

potui magis quam verbis intentus inquit. Esi-
de igitur, quia potare semel est gustare, id est,
pitissare duntaxat. Secundus potus, id est hau-
stus, colluit, id est, irrigat pœnitus os. Tertius
refrigerat ora calefacta. Quartus aggreditur
indicere siti adhuc prædominãti bellũ. Quin
tus pugnat. Victoria est sexti, scilicet haustus.
Septimus triumphat, scilicet de siti: hæc doc-
trina est senis Oenophili, id est amatoris vini,
vt prius docuimus.

Cand. Res est consilijs secura fidelibus vti.
Vtile doctrinu prabere senilibus aures.
Victa sitis mens agra manet, curaq; supersunt.
Fau Vt sedata sitis, sic mens sedabitur agra.
Funde merum, bibe cardiaco medicina dolori hæc.
Vtitur ad curas isto medicamine Roma.
Can. Omne opus, atq; labor vult interualla quiescat
Obba parum, contra muscas impone tabellam,
Non madet imbre dies: nec habet nox humida rorem,
Crescere nec duris possunt in cor bus herbæ,
Importuna fames, labor improbus, aeris ardor
Confecere gregem macie: vix debile corpus,
Spiritus ager agit, vacua cute porrigit ossa.
Clunis, & exilis caua contrahit ilia venter,
Hic aries, qui fronte lupos, cornuq; petebat.
Nunc oue debilior, pauidoq; fugacior agno est.
Hac mihi, sed nimium me ardentia vota ferebant,

Omnia diuino prædixerat omne cornix.
Vix egressus eram limen, cum tristia portans
Auguria, à dextra venit, tegetisq; sinistra
Culmine consedit, pressoq; minaciter ore
Vociferans, iter auspicio prohibebat aperto.
Heu pecus infelix, quod lacte & prole solebas
Affluere, in nostru lucut dum pascere campis
Gramina dum quæris succi plus perdis eundo,
Quam referas pastu: simul hic tabescimus ambo,
Tu tenui victu, curis ego victus amaris.

Res est consilijs. Graphicè docet quid curæ valeant, quia victa sitis, scilicet est, mœs æra manet, cureque superfunt. Ad quod Faustulus, sedata vt sitis est, sic mens sædabitur ægia. Cardiaco medicina dolori hæc. Hęc medicina, scilicet frequens potus, est medicina dolori cardiaco, id est, cordis, quem qui patiuntur, nimium sitiunt. Vnde Iuuenalis. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. Dicitur autem *APOTES KARDIAS*, quæ Græcè dicitur cor. Quiescat abba, id est, lato fundo. Vnde à Persio dicitur sessilis obba, Impone tabellam contra muscas, tege ne a muscis inquinetur. Importuna fames, quæ importuna est de via sessis: Labor improbus, id est, assiduus, & ita improbandus. Maro: Labor omnia vincit improbus. Et odor aëris confecere gregem macie, id est, emacerauerunt, sed plus est confici macie, quàm emacerari, quia quod conficitur

Cardiac.

Obba.

conficitur, deficit, Venter exilis, quia vacuus. Di ino omine. id est a dijs portento aut diuinandi vim habente Maro. Sępe malum hoc nobis, si men non leua fuisset. De cœlo tractas memini prædicere quercus, Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. A dextra venit, Cicero tamen lib. 1, de diuin scribit coruum a dextra, a sinistra cornicem facere ratũ. Vnde hic potius videtur dicendum a lęua, verũ addit, tegetisque sinistrę culmine consedit, vbi scilicet visa est. Et quia sola, infausti est augurij, vt Plin. docet, Teges dicitur tugurium. Vociferans, est enim infœlicis garrulitatis auis Auspicio aperto, id est, manifesto. Prohibebat iter, id est, profectionem. In nostris, scilicet Mantuanis. quam referas pastu, id est, è pascendo, est, enim nomen: Simul hic tabescim⁹ ambo, tu, scilicet infœlix pecus tabescis scilicet tenui victu, id est penuria victus, & inedia, ego scilicet, tabesco, victus curis amaris.

O nostra regionis opes, o florida prata.
O campi virides, o pascua lata feraxque.
Et nunquam sine fruge solum. currentia passim
Flumina per villas, riui per rura per hortos.
Hinc pecus, hinc agri pinguis, sub sydere cancri,
Cum tritura sonat passim cum Iulius ardet,
Arua virent, texta lento de vimine sepes
Poma ferunt, redolentq; ipsis in vepribus herba,
O nemorum dulces ombra, mollesq; susurri,

Quos

Omnia diuino prædixerat omine cornix.
Vix egressus eram limen, cum tristia portans
Auguria, à dextra venit, tegetisq; sinistra
Culmine consedit, pressoq; minaciter ore
Vociferans, iter auspicio prohibebat aperto.
Heu pecus infelix, quod lacte & prole solebas
Affluere, in nostru lucut dum pascere campis
Gramina dum quæris succi plus perdis eundo,
Quàm referas pastu: simul hic tabescimus ambo,
Tu tenui victu, curis ego victus amaris.

Cardiac.

Obba.

Res est consilijs. Graphicè docet quid curæ valeant, quia victa sitis, scilicet est, mœs æra manet, cureque superfunt. Ad quod Faustulus, sedata vt sitis est, sic mens sædabitur ægia. Cardiaco medicina dolori hæc. Hęc medicina, scilicet frequens potus, est medicina dolori cardiaco, id est, cordis, quem qui patiuntur, nimium sitiunt. Vnde Iuuenalis. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. Dicitur autem *APOTES KARDIAS*, quæ Grecè dicitur cor. Quiescat abba, id est, lato fundo. Vnde à Persio dicitur sessilis obba, Impone tabellam contra muscas, tege ne a muscis inquinetur. Importuna fames, quæ importuna est de via sessis: Labor improbus, id est, assiduus, & ita improbandus. Maro: Labor omnia vincit improbus. Et odor aëris confecere gregem macie, id est, emacerauerunt, sed plus est confici macie, quàm emacerari, quia quod conficitur

conficitur, deficit, Venter exilis, quia vacuus. Di ino omine. id est a dijs portento aut diuinandi vim habente Maro. Sępe malum hoc nobis, si men non leua fuisset. De cœlo tractas memini prædicere quercus, Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. A dextra venit, Cicero tamen lib. 1, de diuin scribit coruum a dextra, a sinistra cornicem facere ratũ. Vnde hic potius videtur dicendum a lęua, verũ addit, tegetisque sinistrę culmine consedit, vbi scilicet visa est. Et quia sola, infausti est augurij, vt Plin. docet, Teges dicitur tugurium. Vociferans, est enim infœlicis garrulitatis auis Auspicio aperto, id est, manifesto. Prohibebat iter, id est, profectionem. In nostris, scilicet Mantuanis. quam referas pastu, id est, è pascendo, est, enim nomen: Simul hic tabescim⁹ ambo, tu, scilicet infœlix pecus tabescis scilicet tenui victu, id est penuria victus, & inedia, ego scilicet, tabesco, victus curis a maris.

O nostræ regionis opes, o florida prata.
O campi virides, o pascua læta feraxque.
Et nunquam sine fruge solum. currentia passim
Flumina per villas, riui per rura per hortos.
Hinc pecus, hinc agri pinguis, sub sydere cancri,
Cum tritura sonat passim cum Iulius ardet,
Arua virent, textæ lento de vimine sepes
Poma ferunt, redolentq; ipsis in vepribus herba,
O nemorum dulces ombræ, mollesq; susurri,

Quos

Quas tecum memini gel dis carpsisse sub vmbris.
Turturis ad gemitus, ad hirundinis, ac philomela
Carmina, cum primus resonant a busta cicadis.
Aura strepens folijs nemorum veniebat ab Euro.
Et baccata super tendebat brachia cornus.
Ipse solo recubans, pecudes gestire videbam,
Atque alacres teneris luctari cornibus agnos.
Post somnos, per gramen humi nunc ore supino,
Aut flatu implebam calamos, aut voce canebam
Pectore nunc prono rutilantia fragra legebam.
Fau. Viuere tum fœlix poteras, dic q; beatus,
Sed bona quod nondum fueras expertus acerbam
Vilis erit tibi, teque ideo fortuna reliquit
Quando iterum veniet (veniet si forsitan vnquam)
Sicut capreolis sursum nitentibus hærent
Stipitibus vites, stringuntq; tenaciter vlmos
Sic illam tu prende manu, neu desire prensam,
It, redit, effigiem mutat, nec imagine constat
Par Lamijs, quas nocte ferunt errare pes vmbras
Mobilis vt facies, ita mens deludere gaudens.
Quod dederat, tollit: pensi nihil, omnia casu,
Qui minimum metuunt, sapiuntue, repellit, & odit

O nostre, Continua sunt verba Candidi. Nam Faustulus se latinum significauit, atque in sua patria esse.

Omnia autem vsque adeo facilia sunt, vt vel minima expositio videatur inanis nihil tamē est abiectius dictum quàm huic stylo congruat. Arua vitent Virg.

Vt quantum longis carpent armenta diebus,

Exiguas

Exiguus tantum gelida ros nocte reponat.

Sepes poma ferunt. Miram narrat fertilitatẽm, sed non raram Italiæ, vbi in vnis hortis, poma, vtiem, fruges, & legumina non semel vno anno colligas. Redolent ipsis in vepribus herbæ: id est quicquid verum, quia rosæ nascuntur Mollesque susurri, scilicet frontium, & apum. Maro. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Est autem susurru, raucum & lene murmur, gelidis sub vmbris, idem. Hic inter flumina nota. Et fontes sacros frigus captabis opácum. Turturis ad gemitus, quia eius tantus est gemitus. Idem. Nec garrula cessabit turtur ab vlmo. Ad hirundinis ac Philomelæ carmina. Hę enim auiculæ dulciter canũt, Maro, Hinc alta sub rupe canet frẽdsatorad auras, quod de Philomela intelligi posse docet SERVIVS. Cum primis idẽ. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis Ab Euro, id est oriente, cornus baccata, aut brachia baccata, id est, baccis ornata, hoc est cornis. Idem: Victum infœlicem baccas, lapidosaque corda dant rami. Et in eodem. 3. Aerei. Baccatamq; iugis Naxon. Sole recubans Idẽ Recubant sub tegmine fagi: gestire, id est, gestu alacritatem prodere, aut Voce. Idem Nec calamis solum æquiparas, sed Voce magistrum

Susurrus.

magiſtrum. Rutilantia quia matura fragra. Viuere tum fœlix poteras dicique beatas. ſed bona fortuna erat tibi tum vilis, quod nõ dũ fueras expertus aceibam. Id vero verius eſt, vn de dici ſolet. Dulcia non meruit, qui non guſtauit amara, & ſic. Dulcia non ſapiunt cui nõ guſtantur amara. Et ideo quia deſpecta tibi fuit fortuna, reliquit te, id quoque moraliter, quo ſuadet præſenti vti fortuna, quia multa dilatio nocuit Vnde Lucan. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. Quando iterum veniet ſcilicet fortuna, veniet ſi forſitan vnquam, bona parentheſis, qua incertitudinem fortunę ſignificat. Sicut vites hærent ſtipitibus, hoc eſt, ad palos, capreolis, i. chordulis quibuſdam ad hac natis, nitentibus, id eſt, tẽdentibus ſurſum. Sic prende manu illam, ſcilicet fortunam, neu, id eſt, neue deſere prenſam id eſt, ſemel comprehenſam. Fortuna, it, & redit, & mutat effigiem, nec conſtat imagine, id eſt, nec ſeruat ſemper eandem imaginem, par id eſt, ſimilis, lamijs, id eſt, mulieribus, quæ ſe transfigurare dicuntur, penſi, id eſt excogitati & deliberati, nihil, ſcilicet habens, omnia calu, ſcilicet faciens: repellit, & odit, quinimium metuunt, vnde dictum a Marone: Audaces fortuna iuuat, aut vt alij legunt audentes. Ve, pro vel quinimium ſapiunt, quia vt philoſophus

Capreolus.

Par.

Penſi.

losophus docet, quanto plus est sapientię, tãto minus fortunę: quia sapientes sunt prudentes, omnia prospicientes priusquam eueniant, & ita pauca eis à casu & fortuna obuiunt.

Can. Delitias patrij quoties reminiscimur agri,
Ferre tot ærumnas animo non possumus æquo.
Sed quò mente feror casu afflictatus acerbo?
Vnde magis cruciet, fœlicia tempora voluo?
Maius adest: florent vites, humilesq; gen stæ
Iam spicata seges, malus iam punica multo
Flore rubet, redolent, sepes albente sabuco
In patria per rura Padi, per pascua Minci.
Hic vero nec dum incipiunt pubescere montes:
Quod si vere solum torpet, quod frigora bruma,
Solitiumq; feret, gelidis quum terra pruinis
Albicat, & rapido cum cœlum incanduit æstu?
Sunt tamen hic armenta, quibus cutis vuida, ceruix
Non signata iugis, gemino frons ardua cornu,
Luxuriansq; toris pectus, nisi pabula carpant
Non erit hæc tanta humectum pinguedine corpus,
Fau Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur,
Altius, & cui sunt longa internodia crurum,
Cuncta vorant, herbas primum mox ore, supino
Arboreas frondes, summæq; cacumina sylua
Hoc imbelle pecus, quod humi nascentia tantum
Gramina decerpit, vacuis ieiunat in aruis
Can. Quid verbis opus est? eiusdem animantibus vna est
Conditio semper, maiora minoribus obsunt,
Agna lupo, mites aquilis sunt præda columbæ,
Innocuos delphin venatus id æquore p sees:
Vnde sit hoc? Certè res prodigiose videtur,

Hæc

Hæc loca si procul hinc videas è rupibus altis,
Pingue solum, & multo vestitum gramine dicas,
Quo magis approprias, tanto magis omnia sordent.
Fau. Hoc est Roma viris, auibus quod noctua: trunco
Insidet & tanquam volucrum regina superbis
Nutibus a longe plebem vocat. Inscia frondis
Turba coit, grandes oculos mirantur. & aures,
Turpe caput, rostrique minacis acumen aduncum,
Dumq; super virgulta agili leuitate feruntur.
Nunc huc, nunc illuc, alijs vestigia filum
Illa queat, retinent alias lita vimina visco.
Prædaq; sunt omnes verubus torrenda salignis,

Delitias patrij. Permanet querulus Candidus, vt tandem perueniat ad mores curiæ notandos. Vnde magis crucier, quia summum in fœlicitatis genus est. fuisse fœlicem. Malus licet mensis floribus. Iam spicata, id est, in spicas formata. Malus punica, id est, quæ aurea mala fert. Albente sabuco, scilicet floribus ci acinos nigerrimos habeat. Per pascua Minci, pro Mincij per Apocopen aut syneresin. Pubescere, id est, frondescere. Quod si vere, id est, verno Tempore, de quo dictũ est Nunc omnis parturit Arbos, Torpet, constrictum frigore iacet, quid frigora Brumæ scilicet ferent. Quid solstitium, scilicet æstiuale feret. Bruma inquam Gelidi quum terra pruinis albicat: solstitio autem

rabid

rabido quum cœlum incanduit æstu, cutis vuida, id est, glabra, & Nitida. Horatius. Me pinguem & nitidum, & bene curata cute vise: cernix non signata iugis, id est, quæ nóndum portauerat iugum. Luxuriansque totis pectus, quod indicium bonum indicat. Virgilius Maro Allegoricos autem vult diuites omnia ingurgitate, vt docet manifestè Faustulus, vnde addit Candidus. Semper maiora minoribus obsunt, agna est lupo præda. Mites columbæ sunt præda Aquilis, Delphin qui balænas & cete allece dicitur, quia intrat eorum ora, & egreditur, cum sequentes pisciculi in aluum balenæ demittantur. Vnde quidam latronem appellant venatur, id est, insidijs capit, quia nihil est perniciosius eo. Multa autem per allegoriam dicuntur. Hoc est Roma viris, id est, capatrix. Ostentat enim se placidam & opulétam & aduentantes inedia confici sinit. Quod noctua auibus, quæ admirationi est eis, & ita circumuolantes capiuntur aut visco aut reti Lita, id est, illita, a lino: vimina, id est, virgulæ aut perticæ paruæ, sunt præda torrenda veribus alij verubus, legunt. Sed & Marq veribus dixit: ais in frustra secant, veribusque trementia figunt Saligns autem, id est, ex salicibus, quia talibus vtuntur rustici.

Cand.

Cand. Obellum, hoc poterit dici nihil aptius vnquam,
Sed procul en coluber tortos in puluere gressus
Flectit, & exertis sitiens ferit aera linguis,
Fau. Candide, quæ moneo memori sub pectore seruas
Quando inter syluas graderis, defende galero
Lumina Namque rubi prætendunt spicula longis
Dentibus & curuum decerpit pallia mucro.
Nec depone pedum, multaque armare memento
Cote sinum, ne te subito nouus opprimat hostis
Et perone pedem tegito, spineta colubris
Plena, hominum vitæ morsu insidiantur amaro:
Et nunc longa dies æstu facit aere venenum,
Mille lupi totidem vulpes in vallibus istis
Rustra tenent & quod dirum, ac mirabile dictu est,
Ipse homines (huius tanta est violentia cœli)
Sæpe lupi effigiem, moresq; assumere vidi,
Inque suum seuire gregem, multaq; madere
Cede sui pecoris, factum vicinia ridet.
Nec scelus exhorrer, nec talibus obuiat ausis
Sæpe etiam miris apparent monstra figuris,
Quæ tellus affecta malis influxibus edit,
Sæpe canes tantam in rabiem vectuntur, vt ipsos
Vincant cæde lupos: & qui tutela fuerunt:
Hostiles ineunt animos, & euilia mactant.

O bellum hoc Assentatorum more, vt Persius indicat, laudat dictum Faustili, quod tamen hic amicè fieri potest, verum ostendit colubrum insidiari cantantibus.

Exertis linguis. ab ex & sero. Maro & linguis micatore trisulcis, Defende galero, i: largo pileo

go pileo rustico. Curuus mucro, id est pugio spinarum. Ne depone pedum, id est baculum pastoralem. Multa cote, id est, duris lapidibus. Nouus hostis, id est improuisus, & inexpectatus, serpens. Et perone, i. calceamento rustico, crudo corio, crura, ambire solito. Spineta, id est loca spinis & vepribus consita Maro: Nũc virides etiam occultant spineta lacertos. Sæpe lupi effig. Maro in pharmaceutria. His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis. Mœrin. &c. Id autem Arcadibus dictum est euenire solitum, sed sic intelligo lupos fieri, vt socij Vlissis facti sunt, & versi, & leones, ac porci, quod eorum mores assumpserunt: vnde furaces & rapaces significant, sed ad fabulam quoque respicit: iam effigiem dicit & mores. Augustinus docet in Italia vitum esse quibusdam quod in asinos essent versi, & ita subite onera a coniugibus imposita, more asinorum, Malis influxibus, i. malis influentis, Acri profecto aceto cõ spergit. Rom. quasi vero cœlum id faciat. Canes ouilia mactat. Nota allegoria in prælatos qui subditos spoliant.

Fama est Ægyptum coluisse animalia quædam,
Et pro numinibus multas habuisse ferarum,
Ista superstitio minor est quam nostra ferarum,
Hic aras habet omne genus, contraria certè
Natura res, atque deo, qui dicitur olim,

Præposuisse hominem cunctis animantibus: atquè
Sæpe etiam morbosa astas & pestifer annus
Ingruit & passim languens pecus omne per arua
Sternitur, extinctæ halat ad vbera matris.
Agnus obit moritur duro sub pondere taurus,
Nec modus est morbo, non est medicina veneno:
Sed vicina domus vicino a limite mortem.
Haurit, & assiduè sumunt contagia vires
Ista feras raro pestis rapit, vtile semper
Fert pecus, extinctas caulas epulantur atroci.
Dente lupi, nostraque sera iactura opulescunt.
Can. Heu heu quam præceps miserum me insania trahit
Credere fallaci grauis est dementia fama
Romuleos colles, Tiburim, Romanáq; tecta
Audieram, & studio mens est accensa videndi.
Ducendique boni in tot præstantibus anum.
Accessi cum parte gregis teutoria demens
Totum penè larem cum pastoralibus armis,
Trans iuga summa tuli, mulctralia, cymbia, ahena,
Et cacabos, & quo formatur caseus, orbem
Fagineum, imprensam, atq; operas amisimus omnes.

Fama est Aegyptũ. Docet omne genus fe rarum habere aras suas Romæ, id est, omn genus vi iosorum esse in honore & pretio. Quod Iuuen. Satyra, graphice docet asseren non nisi flagitiosos exilio & carcere digna sublimari, & ideo inquit: Aude aliquid bre uibus Gyaris, aut carcere dignum. Si vis es aliquid. Fama est Ægyptum. Idem docet I uen. Sat. 14. Quis nescit Voluci Bythyth

ce, qua

te, qualia demens Ægyptius portenta colat. Crocodilon adorat pars hæc, illà pauet saturam serpentibus ibin &c. Multas ferarum, id est, multas feras. Ista scilicet Ægyptiorum superstitio. Superstitiosorum & deisitantium religio minor est quàm nostra, id est, Romana. Quia ferarum hìc aras habet omne genus. Præposuisse vt in paradiso. Gene. 1. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.

Sæpè etiam morbosa æstas, hoc quoque verum, pecus omne, id quia pastor dicit. sed & homines plurimi pestilentia absumi illi quot annis solent. Dum balat, id proprium est ouis, vt boare bouis, & mugire tauri, moritur duro sub pondere taurus. Hæc omnia nimis graphicè habentur Georg. 3. Ecce autem duro sudans sub vomere taurus. Concidit &c. Nec modus, id est, finis est morbo, non est medicina veneno, id est, infectioni venenosæ, ibidem. Quæsiteque nocent artes, cessere magistri Phyllyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. Ista feras, raro pestis rapit, id quidem verum & tamen non ita multiplicantur. vt pecudes. Opulescunt, id est, Opulente, & diuites fiunt, vt feræ sit nomen. Nam si feræ scribitur, refertur ad Lupos. Credere falsaci grauis est demensia fame. Proverbiale

sensus autem est, se tractum fama, quę erat, omnes qui Romam accederent, ditari, illuc cum pecore comigrasse, & cum armis pastoralibus, quæ graphicè enumerat. Mulctralia, vasa in quæ lac trahitur & mulgetur. Cymbia vasa in morem cymbarum, inquæ transfunditur. Alienа, id est, lebetes ex ere factos, & cacabos aliud genus vasis, quidam caldaria vocant. Et quo formatur caseus orbem, id est vas rotundum quo imprimitur. Vnde a forma formaginem vocat Apuleius. Vnde Gallicum vocabulum. Hunc vt charum ostendat, fagineum, id est, ex fago commemorat tornatum. Impensam, scilicet pecuniam. Atque operam amisimus omnem, quæ erat vox corui aliquando Romæ vęnum expositi.

Quid faciem? quo me vertam? Sperata negantur.
Pabula, tot casus, tot vbiq; pericula: cogor
In veteres remeare casus, & cœpta fateri
Consilijs egressa meis, iterumq; per æstus,
Et montana pati longos per saxa labores.
Heu pecus infœlix, o lano fidere pastor
Huc auecte. Fuit multo præstantius istud
Ignorasse solum, patrioq; in limine tutos
Consumpsisse dies, gelidis sensisse sub antris,
Aq; Padi circum ripas, Athesiue per agros,
Aut vbi per virides campos, & pascua nota
Mincius it, vel qua vitreo natat Abdua cursu,
Consedisse, gregem pauisse salubribus herbis,

Fan. Te tua credulitas & me mea fallit in horas,
Vidi ego suprema qui prosperitatis habebant
Culmina, dum laudata petunt, cecidisse, nec vnquam
Emersisse malis facit experientia cautos.
Hi prius explorant, & non laudata sequuntur.
Omnia laude carent, quæ sunt meliora fuerunt
(Non nego) quæ famam retinent, ac nomina seruant,
Cuncta suis pollent vicibus Luna, Adria, Troia,
Soluia, quas nobis memorabat sæpius Umber,
Nomine sunt solo, deleuit cætera tempus.
Si minor est patria fórsan modo gloria nostra,
Res tamen est melior laudata gloria Roma
Quanta sit, in toto non est qui nesciat orbe
Fama quidem manet, vtilitas antiqua recessit
Illi, prisca quibus maduerunt pascua fontes
Nunc humore carent, venis aqua defuit haustis.
Nulla pluuit nubes Tiberis non irrigat agros
Tempus aqua ductus veteres contriuit & arcus,
Et castella ruunt, procul hinc, procul ite capella.
Hinc ieiuna fames, & languina regnat egestas.

Quid faciam, Desperantis vox, & cœpta fateri. Consilijs egressa malis, quod summè dolendum innuit Virgiliana Iuno Æneid. I. Mene incœptis desistere victam, & læuo, id est sinistro, & inimico sydere, pastor huc auecte potius quam aduecte dicit, quia a bonis pascuis ad sterilia migrasse dolet istum, scilicet sterile & sceleratum. Patrioque in limine tutos consumpsisse dies, repetere fuit multo tutius Athesisue per agros, qui fluit ex Tridentinis

alpibus. Tridentum alluit,& Veronam diuidit. Mincius, fluuius Mantuanus, non longè à Mantua, in Padum fluens, sæpe commemoratus. Abdua, qui à Strabone Adua dicitur, fluuius ex Vrbano lacu ortus, in Padum quoque incidit. Vrbanus autem, vt Larius,& Benacus ex alpibus ortem habet, atque incremẽtum. Consedisse, à consido, i. locum habitationis cepisse, vt Æneid id est, Vultis & his mecum pariter considere regnis? regem pauisse repete, vt dixi, fuit multò salubrius. Te tua credulitas, docet non facilè credendum esse, in horàs,& non in oras, legendum. Sed secundũ Vallam, quia non ponitur nota incrementi, potius diceret in horam. Vidi ego: à certitudine argumentatur, quia plus valet òculatus testis vnus, quàm auriti decem. Ordo est: Ego vidi eos qui habebant culmina, id est, summitatem, supremæ, i. summæ prosperitatis. Alludit ad rotã fortunæ. Cecidisse dum petũt laudata, quia sæpè quæ bona & læta vertuntur in peius. Vnde dici solet: dij bene vertant. Nec vnquam s. postquam semel inciderant, emersisse malis id est, caput extulisse è malis quibus obruti erant. Facit experientia cautos,& ideo senes difficulter inducuntur ad credendum, quia multam experientiam fraudis habent. Hi, scilicet cauti. Explorant, id est, exo-

uiruni

uirunt & examinnnt prius, & non sequuntur omnia laudata, sed quę cõpererint bona, quia sæpe laude carẽt quæ sunt meliora. s. laudatis. Nõ nego, fateor, fuerũt, si multo quę retinent famam, ac seruant nomina, quũ nihil habeant rei. Sed cũcta pollent suis vicibus. i. viciſſitudinibus, vnde Comicus: Omniũ rerũ viciſſitudo eſt. Luna, Adria, Troia, Saluia, hę vrbes quas Vmber s. doctus ille, cuius sæpe meminit, memorabat nobis, hoc semper ne contra decorũ plus quàm vt, pastori cõpetat, sapere dicatur. Suit, scilicet nunc solo nomine quia tempus deleuit cętera, quia omnia se nesciunt, & labascunt in tempore. Vnde tempus edax rerum. &c. Luna ciuitas olim. Hetruriæ ad Macram fluuium, de qua Lucanus: Hoc propter placauit. Thuscos de more vetuſto Acciri vates, quorũ qui maximus æuo Arnus, incoluit deſertæ mœnia Lunæ. Interijt enim nunc, sed religio adhuc Lunensis nominatur. Adria quoq; vrbi Italiæ, fuit quę mari cui vicina eſt nomen dedit, quod Adrianum seu adriaticum dicitur, & interdũ etiam Adria genere masculino, mare ipsum q; superũ vocant, quia orientẽ versus, in qua ora Veneriæ sudt. Troia notior eſt, quàm vt de ea quidquã dicẽdũ sit. Deleta eſt Saluia vt aliæ multæ vt Sagũt. in Hisp. Cartha. in Africa, Gorinthus

Peloponeſo &c. Si minor eſt patriæ forſan modo gloria noſtrę. Ergo & Faſtulus ſe Mātuanum indicat, quia ait, Res tamen eſt melior. Illi priſca &c. Per fontes beneficos in poëtas intelligit, vt Mæcenatem, Auguſtum. Meſſalam. Pollionem & ſimiles aquæ ductus veteres, manifeſta allegoria. Hic ieiuna fames & languida regnat egeſtas, ſelecta, & apta epitheta. Nam ideo fames, quia ieiuna, & ideo languid⁹ ferè quia egen⁹. Egeſtas enim lāguorem parit, ſicut & inedia, vt patet in apologo, quem Liuius recitat de membris quę in ventrem coniurauerunt.

Hic tamen, vt fama eſt, & nos ſæpe vidimus ipſi
Paſtor adeſt, quadam ducens ex aliſte nomen,
Lanigeri pecoris dues, diuiſſimus agri,
Carmine qui priſcos vates ſtā, Orphea vincat.
Orphea qui traxit ſiluas & ſaxa canendo.
Hic alios omnes tantum virtute Latinos
Exuperat quantum, Tiberim Padus, Abdua Macram
Lenta ſalix iuncum, tribulos roſa, populus algam,
Credimus hunc illi ſimilem, cui Tityrus olim
Bis ſenos fumare dies altaria fecit,
Hic omnium cuſtos, ipſo vigilantior Arge,
Daphnide nec ſolam, ſed eo qui dicitur olim
Admeti paſciſſe greges per Theſſalia rura,
Doctior omne pecus Solymi curare magiſtri
Dignus, & antiquo dignus ſuccedere patri.

Quæ fuit Assyrij pecoris post retia pastor.
Ipse potest seruare gregem, depellere morbos:
Humectare solum, dare pascua, soluere fontes.
Conciliare louem, fures arcere inposq;
Si sanet iste, mane. quod si negat iste fauorem,
Candide cogo pecus melioraq; pascua quæro.

Hic tamen, vt fama. Hic tendit principale institutum, vt videlicet Falconem. Simbaldū a largitate laudet, aut ad eam inuitet, cuius gratia videtur tota Ecloga composita, vt fama est, quę sæpe mendax. Vnde Maro, tam ficti prauique tenax, quam nuutia veri. Ideo addit. Et nos quoque vidimus ipsi Pastor adest. Aut quia etiam imperatores vocant pastores, vt sermo pastoralis, aut quia datarius, & vt dicunt, eleemosinarius est, & ita multorum pastor. Quadam ducens ex alite nomen. Dicitur enim Falco, quod & auis notę nomen. La nigeri pecoris dives. Maro in Bucolicis. Quā dives niue pecoris, quam lactis abundans. Ditissimus agri. Idem Æneidos primo. Huic cōiux Sycheus erat, ditissimus agri Phœnicum Carmine qui priscos vates atque Orphea vincat. More Maroniano principem ab exercitu separat, vt egregium significet. Nam Orpheus vnus priscorum est vatum, sicut Æneidos primo. Reliquias Danaum!, atque immittis Achillis, vbi Achilles non excluditur a Danais,

nais, sed excellere atque egregius esse significatur. ORPHEAQVE in medio posuit, syluasque sequentes. Et Saxa quod AMPHIONI scribit HORATIVS, dicens in arte poetica: Syluestres Homines, Sacer interpresque deorum. Cœdibus & victu Fœdo deterruit ORPHEVS. Dictus, ab hoc lenire tygres rabidosque leones Dictus, & AMPHION THEBANE conditor Vrbis, Saxa mouere sono Testudinis, & prece blanda, Ducere quo vellet, &c. TIBERIM. PADVS. Est enim PADVS longè maximus fluuiorũ ITALIÆ, quinque Ostijs, in mare ADRIATICVM prorumpens. Vnde GEORG. I. Fluuiorum Rex ERIDANVS, &c, ABDVA, fluuius latus, de quo iam dixi, Macram, fluuium exiguum, cuius meminit. LVC, id est, dicens. Nullasque vado qui Macra moratus ALNOS Macri autem Campi sunt in medio BONONIÆ, & RAVENNÆ, & aliarum Ciuitatum, per quas fluit ROMAM. Lenta salix iuncum, scilicet exuperat Populus, Arbor frequens ad PADVM. Algam Herbam, quam proijcit Aqua, quæ ad Populum sæpe iacitur, MARO:

RO: proiecta vilior alga. Credimus hunc illi, scilicet Augusto Cęsari Cui Tytirus, i. Maro. Bis senos, vt in prima Ecloga: Hic illum vidi iuuenem Melibœe quotannis. Bis senos cui nostra Dies altaria fumant. Ipso vigilantior ARGO, cui tamen centum erant oculi, quorum bini duntaxat somnum acceperant, Verùm FALCO quoque pervigil est Auis. Vnde in Epigrammatis alludit de eo ad summum pontificem. Ducere sopitis pastor potes otia curis.

FALCO tuas ARGI more gubernat Oues DAPHNIDE quem tamen THEOCRITVS, & MARO Doctissimum, & diuinandi petitum inducunt. Nec solum scilicet DAPHNIDE Doctior, sed eo scilicet APOLLINE NONIO, qui ob interfectos CYCLOPES nouē annis spoliatus diuinitate, pauit Armenta ADMETI regis THESSALIÆ, iuxta AMPHRYSVM, vt alibi diximus: per rura ergo THESSALA, id est, per AMPHRYSVM. Omne Pecus. id est, totam ECCLESIAM CATHOLICAM, Magistri SOLYMI, id est, HIEROSOLIMITANI, videlicet,

PETRI,

Petri & dignus succedere patri, scilicet Petro Papę, qui pater dicitur, qui scilicet pater fuit, pastor pecoris Assyrij, id est, Iudaici, & totius ECCLESIÆ, quæ prima fuit in Assyria. Post retia, id est relictis retibus factus est piscator hominum conciliare IOVEM aut DEVM, aut summum pontificem. Si fauet iste, mane. Omnem ergo spem in Falcone collocandum censet, quod vt significet. Hoc Argumentum excogitauit.

ECLOGA DECIMA

DE FRATRVM OBSERVANTIVM ET

non obseruantium con-

TROVERSIA POST RELIGIONIS INGRESSVM IN-

scripta Bembus.

Ioannis Murmelij Argumentum.

Nvnc vera & falsa discrimina religionis.
Narrat ouesq; pias Carmeli separas Hædis.

CANDI. BEMB. BATRACH. ET MYRMIX.

MAxima pastores agitat discordia Bembe,
Qui Solymos colles Galilæaq; rura colebant.
Batrachus hinc, Myrmix illinc certare parati
Iudice te paucis, si non audire recusas.
Et nisi te reuocant maiora negotia dicens
Tu pater es vatum, tu scis componere lites.

Iurgiaque

Carmelo profectos Solymos, id est, Hyerosolimitanos. Tu pateres vatum. Fortè Generalem ordinis, hoc nomine appellat, qui patet est Vatum, quia Carmelitanæ, qui filij olim erant prophetarum, & propetæ, qui & Vates dicuntur. Tu scis componere, id est, finire, vt ante Diem clauso componet vesper Olympo. Et in Bucolicis. Non nostrum inter vos tantas componere lites. Vnde qui pacto lité terminant, se composuisse, aut compositioné fecisse dicunt. Pierios liquores, id est, haustus musicos quibus poeta euaserit. Et vidisse deas, id est, Musas. quibus visis, & ab eis ad Hypocrenen ductus Hesiodus poeta euasit. Vnde Ouidius.

Ecce deas vidi, non quas præceptor arandi
Viderat Ascræas. quum sequeretur oues.

Neutro autem modo dicit se Persius euasisse poëtam, in principio sic. Nec fonte labra prolui caballino. Nec me in bicipiti somniasse Parnasso. Memini vt repentè sic poeta proditem. Et Eurotæ Campo. Eurotas fluuius est Laconiæ Laurifer. Vnde illic Phœbus fingitur docuisse lauros. In Bucolicis Maro: Omnia quæ PHOEBO quondam meditante beatus Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros, ille canit.

Iurgiaq́, & blandis comitia tollere verbis.
Te quoq, Pierios fama est potasse liquores:
Et vidisse Deas, quibus est custodia sacri
Fontis, & Eurotæ campos, ac Phocidis arua,
Ipse vbi fronde sua tibi tempora cinxit Apollo,
Dena dedit, cytharam, neruos, & eburnea plectra:
Bem. Dicite quandoquidem tepidos admouit ad ignes
Nos hyberna dies, dum non sinit ire per agros,
Bruma gregem, flatu Boreas dum sæuit acuto.
Dum riget omne solum, tecto dum plurima pendet
Stiria, dum torpent sub aquis glacialibus amnes,
Otia damnantur, & a nullanegotia tractant.

Maxima pastores. Hac vltima Ecloga, quã vt superiorem in religione composuit, agitur Carmelitanum fratrum obseruantium quorũ partes Batrac. agit, & nõ obseruantiũ quos Myrmix defendit, controuersia, fictis nõ abs re contendentium vocabulis. Nam Batrachus rana dicitur, cui ferè similem habent Carmelitæ de obseruatione interiorem tunicam, quia piceam, aut vt dicunt, griseam. Myrmix autem formica, quæ nigra est, vt non obseruantium tunica. Mar. It nigrum Campis agmen. Præterea, vt in fabulis est, ranæ elegerũt regẽ, vt obseruantes sub vno comiter viuũt patre. Formicæ autem in vna quidem domo multos habent magistratus, vt non obseruãtes diuersas habent culinas. Item proponit Candidus, per quem fere auctorem intelligo. Pastores id est Carmelicolas, aut Fratres, de

Ac Phocidis arua, in quibus Parnassus est mons totus Musus consecratus, Ouidius: Separat Aonios Acteis Phocis ab aruis, Terra ferax. Et paulo post.

Mons vbi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes.

Fronde sua, id est, lauro. Maro in Bucolicis. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauti, dona dedit, scilicet suam cytharam, quã a se inuentam Orpheo dedit. Neruos, i. chordas & eburnea plectra, id est Lyrã heptachordam, quam inuenit, cum tetrachordis Mercurij dicatur.

Horatius in arte. Ne forte pudori. Sit tibi musa lyræ solers, & cantor Apollo. Dicite. Sic Palemon Maronianus. Dicite, quando quidem in molli consedimus herba. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Quod hic ex industria mutat, quasi per legem amœbei carminis contrarium dicens. Tepidos admouit Persius. Admouit iam bruma foco te Basse Sabino. Boreas ventus septentrionalis, dictus rex Thraciæ, quod illinc vbi regnat, ad nos veniat, flatus est acuti. Vnde Maro. Et Boreæ penetrabile frigus adurit. Dum riget, scilicet gelu. Stiria gutta in longum congelata. Torpent, stagnantium more. Otia damnantur, quę nulla negotia tractant. Vnde Cicero

principio

principio tertij Officiorum. Publium Scipionem dicere solitum. Scripsit Cato, nunquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus, nec minus solum, quam quum solus esset. Magnifica vero vox, & magno viro, ac sapiente digna, quæ declarat illum, & in otiode negotijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum. Vbi scies otiosum dici, qui muneribus publicis vacuus, operam dat rerum cognitioni. Vnde poetica studia otiosa vocantur. Non ergo otiosus nihil agit, sicut cessator.

Myr. Pastores genus infœlix æstate vagamur.
Pro grege sollicits, sed nos quum frigidus imber
Continet in stabulu, lites & iurgia surgunt.
Bat. Qui veteres audent ritus mutare, suoque
Arbitris, & nullis ducunt sub legibus ævum
Hi sunt o Myrmix, qui bella domestica gignunt.
Bem. De veteri ritu, de consuetudine patrum
Rixa agitur, vobis leges moresq; parentum
Barrache dic, dic cur nostrum veniistis in orbem
Ex Phœnice solo, nos pascua vidimus illa.
Vidimus herbosos fœlici vligine compos,
Vertice Carmeli vtreis vberrimus vndis
Fons cadit, Arauco densum nemus irrigat amnis,
Vidimus & Iordanis aquas, vbi maximus olim
Pastor oues mergens, scabiem resecauit auitam
Amnis hic a Libano veniens, Galilæa per arua.
Transiit, & ampla lacu consurgit in æquora magna
Vnde coit rursum, rursum mare fundit apertum,
Vrbs vbi Romani de nomine dicta Tiberi.

Vnde coit rursum tandem Ierechunte relicta,
Intrat in infames Asphalti gurgitis vndas.
Hinc satis est, nos ora omnem vidisse probatam,
Dicite & his tandem vestras demergite lites,
Myr. Batrachus audaci semper sese ingerit ore,
Et mihi se præfert magno temerarius ausu.
Bat. Non ego me ingessi, processi a iudice iussus.

Pastores genus infælix. proponit Myrmix litem detestans eo quod qui de obseruatione non sunt, quia molliorem ducunt vitam, vellent in suo statu sine controuersia & molestia permanere: contra de obseruatione vellent omnes sui similes esse. Aestate vagamur pro grege sollicit: allegoricos pro victu Sed quum nos frigidus imber. Continet in stabulis. Maro in Georgico primo, frigidus agricolam si quando continet imber. Non exire autem stabulis: tunc dicit ibidem sic: qui propius stabu armenta tenerent, Lites & iurgia surgunt. Augusta quasi in odium iurgiorū litem resurgit. Vnde Batrachus, Qui veteres audent ritus mutare, &c. Hi sunt Ō Myrmix qui bella domestica gignunt. Quasi dicat non nos summus in culpa, qui velimus in pace sine iniuria viuere, sed qui ordini & professioni nostræ iniuriam inferunt per nouos ritus. Interloquitur autem Bembus, significans se peritum locorum, & obseruationis veteris vt idoneus comprobetur iudex arbitrarius. Le-

ges

ges moresque Parentum, id est, patrum & maiorum tuorum, ad quos reuocare vis. Dic cur nostrũ veniſtis in orbem, i. Europ. Ex Phœnice ſolo, i. ex Galilæa, quã Phœnices ſecundũ Strabonem habitant, & quæ eſt in Phœnicia. Nos paſcua vidimꝰ illa, vt paſtoralẽ dicere rẽ videantur, & non impertinentẽ. Ad Bucolicũ carmen dicit paſcua non clauſtra: Fœlici vligine. Vligo, inquit Seruius, eſt naturalis terræ humor ab ea nunquam diſcedens: vnde vliginoſus ager ſemper humidus eſt, humidus aliquando ſiccatur, Vertice Carmeli vitreis vberrimus vndi: Fons cadit, id eſt, defluuit. Vbi maximus olim paſtor. Non tam de Heliſæo, qui illic Naaman Syrum a lepra mandauit, quam de diuo Ioanne Baptiſta loqui videtur, qui ſcabiem auitam, id eſt, originalem, maculam reſecauit baptizando. Amnis hic, id eſt, Iordanes a Libano veniens per duos fontes, qui dicuntur Ior, & Dan, vnde Iordanis nomen Primum Mare fundit apertum, ſcilicet TIBERIADIS. De quo Ioannis ſexto. Abijt IESVS trans mare GALILEÆ, quod eſt TIBERIADIS. De nomine dicta Tiberi pro Tiberij ſcilicet TIBERIAS, tandem Ierichunte relicta Declinatur, hæc Ierichus, huꝰ Ierichuntis, ſicut Amathus Amathuntis, &

multa alia. Intrat in infames Asphalti gurgitis vndas. Asphaltes est quod mare mortuum vocant, in quod vrbes illę quinque infames absorptę sunt igni & sulphure propter abhominabile crimen, quod ab illarum vna Sodomiticum vocant. Hinc, id est ex his quæ dixi, satis probatum est, nos vidisse omnem oram, id est, regionem illam. Dicite ergo, & demergite. id est, obruite, & sopite, hoc est, finite tandem hinc, id est, de hac re vestras lites. Et mihi se præfert magno tempore. Volunt enim de obseruatione, vt sunt prestantiores, haberi. Processi a iudice iussus: dixerat enim iudex Bembus. Batrache dic, &c.

Bem. Pone pedum Myrmix, & tu quoque Batrache, nō est.
Orandum armatis manibus, sed mentibus aquis.
Batrache dic, Myrmix animi compesce furorem
Interea vt venias magis ad re ponsa paratus
Qui furit, insanit, qui vero insanit amaro
Impatiens animo, nec corda, nec ora gubernat.
Quidquid ait, vanum est, quid quid molitur, ineptum.
Bat. Bembe, genus nostrum, generisq; exordia dicam
Venimus Assyrijs, vt Candidus inquit ab oris:
Est pater Helias nobis qui fastu'it armis
Pastorum genus omne malum, qui traxit O'ympo
Flammigeros ignes, qui ascendit in athera curru.
Bem Nobile, & antiquum genus hoc, & clara propago.
Bat. Pastores alij, quotquot per rura vagantur.
Omnia, sunt ri nostris a fontibus orti.
Nos ded.mus leges, pascendi ostendimus artem,

Qui

Quo magis hi peccant, qui quum sint ordine primi,
Primatum amittunt, studio incansulta sequendo.
Nos radix, alij rami: sed nos quoque rami
A veteri radice patrum iam ætate caduci
Tradidit Helias certam pastoribus artem,
Qua curare greges, qua noxia fabula fas est
Discere & occultos imbres, ventosque latentes:
Quine salutaris foret, & qui pestifer annus,
Signa dedit, nihil omisit quod ouilia tangat
Sed fons ille fluens Carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondam, tam dulci lympidus vnda,
Tramite mutato (patet id) modo currit in Austrum,
Sed prius (extat adhuc aluens) ibat ad orcum.
Hi cursus facere nouos, lique, e priores.
Quos dederat riuo veterum prudentia patrum?

Pone pedum Myrmix. Quia acris lis est, ne ex verbis ad verbera porrumpant, monet tela deponi, pro quibus pastores pedum habent, & tu quoque Batrache, Bona phantasia, priorem compellat eum, qui de obseruatione non est, quasi ardentior sit ad arma, Non est orandum, id est causæ, non sunt ab oratoribus dicendæ coram iudice armatis manibus. Id enim vetant leges, sed mentibus æquis. Qui disturbatis animis, facile veritas læditur. Batrache dic Reperit & confirmat quod supra dixit vt veniat magis ad responsa parat⁹. Bona admonitio, quia ardentes ita raro se purgãt

vt decet intenti ad ingerenda potius conuitia, vt patet apud Virgilium Maronem in Palemone, nec corda nec ora gubernat. Vnde Horatius, Ira furor breuis est, animum reget, qui nisi patet. Imperat, quidquid molitur, id est, cum molimine & difficultate conatur attentare. Bembe genus nostrum, vt gratiam, & beneuolentiam, iudicis captet, compellat eũ proprie, poliiceturque exequi ipsius iussa. Venimus Assyrijs, vt, Candidus, inquit, ab otis. Dixerat enim. Qui Solymos colles, Galileaque rura colebant. Iudæa enim in Assyria est cuius caput olim Babilonia, Est pater Helias nobis Thesbites, de quo, 3, & 4. Regum, abũdans mentio fit, qui sustulit armis. Nescio an legendum sit aruis. Quod si legendum est armis intelligam de armis zeli, aut de ignibus cœli, quibus armatus, duas quinquagenas sustulit, qui traxit Olympo flammigeros ignes, vt quarta Regum primo. Si Homo Dei sum, descendat ignis de Cœlo & deuoret te, & quinquaginta tuos. Idem id est, Regum 18. Innocauit ignem, qui deuorauit Holocaustum. Qui ascendit in ætherea curru, vt habetur Regum secundo. Nobile, & antiquum genus hoc, & clara propago. Quia monasticę Vitæ Princeps est HELIAS, & Sanctis Litetis perquam illustris. Propago autem

autem quando progeniem significat, primam corripit, quando vitem producit. Pastores alij: Id, vt dixi, diuus Hieronymus quoque sentit. Nos dedimus leges, quia primi fuerunt, qui religiosorum more simul viuerent, & monasticam vitam in Carmelo agerent, Paschendi ostendimus artem, id est, normam simul viuendi. Quo magis his, qui noua instituta apperunt & vetera, quæ digniora, & meliora sunt immutare volunt, primatum amittunt, quia dicunt se vltimos mendicantium approbatos quum primi sunt; quia iussi sunt in solido statu permanere sequendo studia inconsulta, id est, inconsultorum, quibus nouitas placet, sed nos quoque rami a veteri radice, id est pullulauimus a patribus nostris, sed alij quasi per imitationem collateraliter, per nos propagationem ex vera radice caduci ætate, id est antiquitate, a prima perfectione decidentes, quod dicit, propter non obseruantes. Tradidit Helyas certam Pastoribus artem, id est formam recte viuendi exemplo vitæ suę reliquit.

Qua curare Greges - Vt rem pastoriam, vt dixi agere censeatur, omnia ad pastores refert, ostendens Officia pastoris Ouium, quum allegoricos intelligat animorum.

Pasto-

Pastorum enim est curare greges, vitare pabula noxia, quia certis diebus saltem abstinent a carnibus: & occultos imbres, id est, infectiones & ventos latentes, murmura, ni fallor, intelligit. Maro autem in Georgicorum primo dat verorum ventorum prognostica: nihil omisit. More suo positionem omisit primam produxit, quum Horatius, & ferè alij, omisit prima breui scribant. Sed fons ille fluens, allegoricos vita religiosa, tam lympidus. id est, purus & clarus. Trammite mutato, patet id, modo currit in austrum, id est, meridiem, qui animãtibus, In Italia præsertim est pestifer, quia corrumpit etiam obsonia. Iuuenalis, Tamen hic properat velut vrgeat auster. Horatius. Præsentes austri coquite horum obsonia, & cætera. Allegoricos vult bona institutata esse inuersa, atque deprauata, sed prius ibat ad ortum, scilicet solis, id est, ad orientem, quia Eurus & Boreas salubres sunt venti. Allegoricos intelligit ad cœlum. Extat adhuc vetus alueus, per quem, scilicet fons ille fluere solebat, id est, adhuc reperiuntur reliquæ veteris religionis. Extare enim est, superstitem esse, aut superstare, dum reliqua cecid erint. Hi scilicet noui, qui non obseruant.

Myr. Quid tib. sine nouo curat, seu tramite prisco
Dummodo fœcundu humectet pascua lymphis

Et

Et quid decœli quareris regionẽ per austrum,
Solu iter, melior vitis, qua respicit austrum,
Et melior legitur Lybici de collibus vua,
But. Et melior taxus boream, quæ respicit. ergo
In boream melius poterat decurrere riuus?
Pastores, & cura pecoris maleſana relicta,
Sermonem de vite facis, quæ ſi legibus, iſdem
Grex & vitis eant, nec quod diſcrimen in vndis.
Gramineq;, & ventis, noſti, & quam noxius auſter,
Sit pecori, diſce à Roma, ſi innoxius auſter.
Cur mutinenſis agri pecudes ſunt fallere fuſco?
Cur Clitumnus habet mueas, cur Mantua molli
Lanicio excellit, Veronaque proxima Manto?
Vnde hæc multiplices rerum variantia formas
Non aliunde niſi cœli, a gramine, & vnda.
Bemb. Candide vtrumque pedum procul hinc (rogo) protinus auſer.
Inter eos hodie video bellum acre futurum
Clam cape, & auferto, ſubter ſarmenta reconde.

Quid tibi. Ruſtice reſpondet Myrmix, vt doceat non obſeruantes ferè indoctos eſſe, & non literis, ſed perditis ſtudijs vacare. Quid tibi, id eſt, ad te, ſicut Euangelio. Quid tibi, & mihi mulier? Dummodo fœcundis. Id quidem verum, ſi eam fœcunditatem pariat quam Batracus deſiderat, per auſtrum ſolis iter, quia ſẽper eſt in Zodiaco, melior vitis, ſcilicet eſt, quę reſpicit auſtrum quia reſpicit ſolem incumbentem, Vnde dictum eſt. Denique apertos Bacchus amat colles, Et melior legitur Lybicis de

cis de collibus 1. Lybiam, hoc est, meridiem respicientibus, aut reuera de Libycis intelligit, ob eandem rem. Est melior taxus.

Docet Batrachus non esse responsum ad rem, quia licet ad austrum versa vitis sit melior, non tamē cōtinuo melior est pecori auster, quam Eurus, sicut licet taxus quę frigora secundum Maronem amat, dicit autem. 2. Georgicorū, apertos Bacchus amat colles, aquilonem, & frigora taxi, præstantior est, ad boream, non statim tamen, ad boream est, melius pecus. Sermonem de vite. Argute taxat eos ebriositatis, & vitiositatis, quia ex abundātia cordis os loquitur, quasi legibus ijsdē aut potius pascuis ijsdem grex, & vitis erāt, quod esse negat, quia sæpe vbi maior vini copia, minor est pecorū, innuēs per hoc, vini copiam officere castigati religiosorum, Nam venter mero æstuans facilē dispumat in libidinem, vt auctor est Hieronymus, nec quod discrimē id est, quæ differentia scilicet, sit, & quam noxius, id est, nociuus auster sit pecori, disce a Roma, si innocuus auster, &c. Id quidem manifestū, quia eo flante varij generantur morbi. Cur Mutinensis agri pecudes sunt vellere fulco? Cur Clitumnus habet niueas, scilicet pecudes, sed & iuuenco ac tauros, quibus in triumphis vtebantur. Vnde Maro Georgicotum secundo.

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos,

Clitumnus autem fluuius est in Menania, quæ pars est Vmbriæ, partis Thusciæ, de quo fluuio dicit Plinius in naturali historia, quod animalia quæ cum potauerunt. albos fœtus procreant. Cur Mantua molli lanicio excellit. Est tamen enim Euganeis mollior. sed vicini sunt. Veronaque proxima Manto, id est, Mantuæ vrbi. vsurpatiue dixit Manto, quia non vtimur nisi in nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo i no, & genitiuo in vs, a Græcis in o longum exeuntibus, vt Manto Mantus Candide vtrumque pedum, quia deposuerant pedum, id est, baculum pastoralem, sed non longe a se reiecerant, ne a verbis ad verbera peruenirent, monet sedulus pastor Bembus secrete Candidum, vt vtriusque pedum subter sarmenta recondat. Sarmenta autem, quia non omnes Gallicum noscunt, sunt putamina & resectamenta vitium.

Brtrach. Bembe mihi tecum sermo est, dū viximus vna,
Tum commune pecus nobis fuit, heu mihi quantum
Dedecus, heu quot sunt pecudes incommoda passa.
Nec mersare gregem fluuio, nec vellera certis.
Temporibus (sicut mos est) tondere licebat.
Nudabant spineta pecus, nudata secabant.
Terga rubi, scabie cutis aspera, tabidus humor

Pelli

Pestis, & in totum serpebant vlcera corpus.
Multum igitur refert, pecudes qua pascua carpant,
Flumina qua potent, & qua regione morentur.
Dic mihi, dic Myrmix priscum cur lana colorem
Perdidit? Hic gregibus quidnam noua vellera fecit
Cur pecus est nigrum, quod erat melioribus annis
Clarum? Immutarunt mutati vellera mores.
Bembe, ad te redeo, paucis absoluere ritar.
Sed quo digna omni tua sit sententia laude.
Vera loquar: tu iura tenes, ego facta docebo,
Iudicium reddit verum enarratio vera.
His animaduersis, aegrè tot damna ferentes,
Venimus ad fontem, riuumq; a vertice summo
Scrutari mihi cura fuit, tu prouide Myrmix
Interea nidos auium, vel dorcada parvam
Venabare, tua qua dona darentur amata,
M. Bembe, vides vt aperta in me conuitia torpent.
Auguror, ista manu lis est, non ore agitanda.
Mos mihi, non lingua; maledicta refellere dextra.
Cand. Batrache, ne verum taceam, linguosior aquo es,
Iurgia bilem acuunt, conuitia pectus acerbant.
Non tibi cum puero res est, nec homuncio Myrmix,
Res male tuta, viros lingua irritare proterua.
Ba. Da veniam Myrmix, amitam proferre volenti.
Nescio quis mihi misit, in os maius error amatam.
My. Da veniam, cane ne rursumime voce lacessas.

Bembe, mihi tecum sermo est. Quasi dicat In hoc homine nihil video rationis, dū vixi-mus vna, id est, priusquam per reformationē (vt aiunt) a non obseruantibus seiuncti sus-

mus,

mus. Heu mihi quantum dedecus, heu quot sunt pecudes incommoda passæ, Quasi dicat, maxima & innumera. Nec mersare gregē fluuio, id est, debitam curam animis adhibere. Nudabant spineta pecus, id est, mundanæ cogitationes & couuersationes. Nam litera, vt dicunt, aperta est. Tabidus humor vitium carnis. Multum igitur refert, id est, distat, & ad rē facit, quæ pabula. De spiritualibus intelligit, Priscum cur lana colorem perdidit? Quia prius, vt ex aulæis comprobauerunt obseruantes vsi sunt vestibus piceis, seu griseis, qualibus ad huc in nōnullis vtuntur fratres illiterati, quos conuersos vocant. Noua vellera, quia nunc nigra sunt int. insecus indumenta, quod factum dicunt, vt vnius videantur gregis. Quia enim piceus color (vt in fratribus. D. franciſci videmus) tam varius est, concluserunt in nigrū immutare, quem de obseruatione Italica respuunt, putantes natalem, & sine fuco factum, magis congruum religioni, quod & Maro censui, dicens. Nec varios discet mentiri lana colores. Veritas enim præstat mendacio. Quod erat melioribus annis clarum. Si de exteriore loquitur, non videtur præcedere, quia omnes adhuc candidam seruant chlamidem. Dicamus ergo clarum, id est, subnigrum qui respectu planè nigri clarus est. Vellera vulgo ge

mino

mino. Il. scribitur, quia tamed a Velando venit, potest simplici scribi. Vera loquar. Oratorie iuxta rhetorum præcepta præ se fert fiduciam. His animaduersis scilicet malis, quæ pecori obuenerant. Venimus ad fontem, scilicet religionis, vel dorcada. Dorcas Græce dicitur. Latine caprea, id est, caprea syluestris. Tu prouide. Ironicos id refert, tuę quę dona darentur amatę. Id amare, sed vtinam non verè. Vnde Myrmix: Bembe vides &c. Mos mihi, non lingua, maledicta refellere dextra. Id autem acerbius contra se fatetur Myrmix, id est, non obseruans vt se longe a Dominicio consilio abhorrere significet, qui auferenti pallium docet potius tunicam addere, quã in pugnam procedere, aut litem inutilem fouere. Verùm quia neutrum decent conuitia, accedit Candidus bene fungens officio suo.

Quia Candidus dicitur omnis liuoris expers, linguosior, id est, verbosior, ęquo i. quam æquum & honestum est, iurgia bilum, i. cholerã, quę stomachum mouet. Quia sermo durus suscitat furorem. Nec homuncio Myrmix id iucundè, quia Myrmix, vt dixi, formica interpretatur, cui robur pro modulo corporis maximum inest, quia grana maiora se infert, interdum & ouа sua se quoque maiora transfert. Viros quasi dicat animosos, & inares animos

mos. Amittam proferre volenti. Amita patria est soror, vt matertera matris, cui honestius quam amatæ mittentur munera. Cærera nota, vt hæc fere nota putem.

Ba. Alueus excelsa saliens de rupe lacunam
Foderat, & clausis ripas æquauerat vndis.
Gurges erat textu syluarum vmbrosus opaco,
Densaq́ sepierant tristem spineta lacunam.
Mille venenorum species in gurgite vidi.
Mille secus ripas in opaco margine, mille
Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu.
Obstupui, & rapido rediens ad ouilia cursu.
Incipio paleas furca versare tricorni.
Ecce caput tollit coluber, linguaque trisulca.
Sibilat, inflantur fauces, tepa liuida tendit.
Brachia, ventrosus profert vestigia bufo,
Vipera per stipulam ingrediens strepit, o loca, dixi,
Non pecori tantum verum & pastoribus ipsis
Noxia, mox grege diuisa de sedibus illis
Pastuã quæsitum tristis meliora recessi.
Perque iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos vbi prima suos aurora colores
Explicat, & croceos Phœbi redeuntis ad ortus.
Hic mihi fœcundæ pecudes, hic pascua læta,
Et sine labe liquor, dulces sine crimine lymphæ,
Hæc loca primeui sunt quæ colere parentes.
Signa easa saperant, puteus, cariosaq́ ligna
Fixa solo, seiuncta pedum discrimine septem,
Et foeus, & latera quæ cingitur arca sæpe.

Alueus excella. Docet Batrac. quid in fõte viderit, dicẽs. Alueus, i. riuus saliens de excelsa rure foderat, scilicet, præcipiti casu lacunam id est,

id est, receptaculum aquarum & sordium: Gurges, id est vortex aquarum spineta, id est, spinæ densę sepierant, id est sępimento quodam clauserant. Ego vidi mille species venenorū, id est, prauarum traditionum, & malorum morum. Ad, id est, iuxta lymphas, id est, aquas, id est, vidi fontem primæ religionis pœnitus infectum. Obstupui, &c, furca tricorni, id est, tria cornua habenti. Nepa liuida, id est, scorpius habens venenum liuidum sub cauda, sed hic dicit liuida brachia, id est, chelas liuentes, ventrosus, id est, habens magnum ventrem, buso, id est, rana venenosa.

Vipera, id est, aspidum pessima, sic dicta, q vi pariat, quia non potest edere fœtus suos, quos ore concipit, & patrem concipiendo necat: sed ipsi vicini partui, aut iam maturi ad partum, dentibus secant ventrem maternum, & ita vipera, neque patrem, neque matrem vidit vnquam incolumem, quod benignitate naturæ in nos afficitur ue tā noxia pestis multiplicetur. Pascua qnæsitum tristis meliora recessi. Quæsitum supinum, id est, vt quæram: aut quæsiturus meliora pascua. Vnde docet obseruantes discessisse propter prauos nō obseruantium mores. Perque iter antiquum. id est, iuxta traditionem primorum patrum. In Campos, vbi prima suos, id est, orientem versus,

ſus, ſicut prius dictum eſt ad ortum. Croceos ortus Phœbi, ſcilicet ſolis. Hæc loca primæui ſunt quæ coluere parentes. Manifeſta eſt ergo allegoria. Nam per orientem eorum puram, & ſalubrem ſignificat vitam: per meridionalem plagam, & auſtrum, vapidam, & mollem, vt ventus ille plumbeus, & tepidus eſt. Signa caſæ, ſcilicet paſtoralis, carioſaque ligna fixa ſolo, ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem. Tantum enim ſpatij cœlis ſingulis congruit, & focus, ſcilicet commnnis, quo ignis fouetur & area, id eſt, locus ſpatioſus in medio clauſtri, circum quem porticum, & deambulacra faciunt, cingitur ſæpe lacera, allegoricos ſignificat clauſtrorum muros dirutos, & peruios a non obſeruantibus factos.

Myr. Cura viros leuibus rerum ſolet eſſe nouarum,
Propterea certè noua paſcua quæris, & amnes
Fingis inauditos, & vis nouus auctor haberi.
Bat. Cura v ris grauibus rerum ſolet eſſe ſuarum.
Propterea Myrmix nimis a grauitate recedis.
Hæc nouitas non eſt nouitas, ſed vera vetuſtas.
Religio, & pietas patrum inſtaurata reſurgit,
Quam tua corrupit leuitas, & nota tuorum
Segnities: igitur ſi quis labentia tecta
Erigat, & ſterilem qui manſuefecerit agrum,
Iudice te damnandus erit: non ponitur arbor
Altera ſed veteri inſeritur bona virgula trunco,
Segne prius lignum, noſtro fit fertile cultu.
My. Quamuis pingue tuo pecori ſit gramen, & vnda

Defæcata, tamen multa cum matribus agna
Interiere lupi & pasta memmere volucres.
Et Hæc fateor, quæ dira tua contagia pestis
Accepere, etiam procul aspicientibus obstant.
Tantum virus inest, vestri vis tanta veneni.
Propterea magis atq; magis discedere semper
Est animus, partus pecus hæc incommoda nostrum
Sola, quod in vestram nondum decessit tremum.
Nec satua vobis procul in deserta recessit.
Myr. Batrache, de gregibus mentiru plurima nostris
Certè alienarum tibi cura superflua rerum,
Et temere assumis partes censoris iniqui,
Cur mihi, qui pasco cuium pecus, ista tueri
Non licuit Solis ne domus, mea cognita vobis?

Cura viris leuibus. Quanquam id strenuè cauet Batrachus, ne res nouas dicatur molitus tamen quum aliud non posset, id falso obijcit Myrmix. Et vis nouus auctor haberi. Hoc eis obijcitur, qui ad reformationem alios vocant, aut compellant. Cura viris grauibus, Subtilis responsio, diuerbium diuerbio retundēs. Hæc nouitas, non est nouitas, id est, quam dicis esse nouitatē, non est nouitas sed vera vetustas, Vnde manifestè dicit religio, & pietas patrum instaurata, id est, in statum, & formam priorem reducta, vnde verius dicitur instauro, quam restauro Et nota tuorum, scilicet, confratrum, qui mansuefecerit agrum. Redit ad translationem præter sæpe dictam causam, ne videlicet non pastoralis agatur res, Segne, id est, tardum

dum,& infœcundum quamuis pingue. Docet etiam inter eos, qui se obseruantes dicunt, ad huc esse morbidos, & multos interijsse, ad ꝙ Batrachus. Hæ fateor, id est, fatcor quod hæ oues interire, quæ dira tuæ contagia pestis accepere, id est, quæ infectę ad vos venerunt, nec se purgari permiserunt, tantum virus, id est, venenum. Quod in vastam nondum discessit eremum, i. quod nondum penitus a communione vestra discessit. Dicitur autem cremus sine aspiratione genere fœminino, & media longa, quæ tria inuerti solent. De gregibus mentiris plurima nostris. Quum alter se purgare neque at, ad conuitia resurgit. Cur mihi qui pasco cuium, Dictum id puto pro cuium, id est cuiuscunque pecus. Ista tuere, i. prospicere, quę tu mihi obijcis, solis ne domus mea cognita vobis, i. videtis vosne soli infectionem, vt dicitis domus meæ, quem nos ignoramus.

Ba. Æthiopes vna quoniam nigredine sordent,
Ille color nulli vitio datur, omnibus idem
Vultus & alterius si quis rependeret ora,
Et sua damnaret, pecoris pecrisq; magistris
Fax eadem, scabies eadem, cutis & color idem
Bem Parcite, iam satis est lis intellecta, diuisq;
Inclinata cadit, iam posti iuga summa ruit sol,
Audite o magni generis longæua propago,
Lite super vestra, quæ sit sententia nostra
Myr. Batrache, me audaci tot res sermone lacessit,

Bat, Non ego, sed non aqua magis te causa lacessit,
Iudicium q, timet sibi mens male conscia iustum
Can. Quando in micitias tempus deponere, rursum
Vestra nouas lites: vecordia suscitat, ergo
Perpetuis hec vixa odijs aterna manebit.
Qua vos debilitas capitis, qua insania vexat?
Non pud t his vti tanto sub iudice nugis?
Ergo animis audite aquis, odijsq, sepultis,
Vltima doctiloqui quæ sit sententia Bembi.
Bem. Ferte per antiquos patrum vestigia gressus,
Et veteres seruate vias, reuocata vagantes
Per valles, & saxa greges, per lustra ferarum.
Figite in antiquis iterum magalia campis;

Æthiopes vna, Graphicè docet, quare illi non videant suam deformitatem, suaque vitia quia omnes tales sunt. Ille color i. niger, fæx eadem infectio. Quia verò ad manifesta vsque conuitia processũ est, ne vltra progressio fiat, dicit Bembus, Parcite, id est, abstinere a conuitijs, quia lis est iam satis intellecta, Dieque incliuata cadit. Audite ó magni generis longeua propago: quia eos ab antiquitate, laudat. Timet iamdudum Myrmix causæ suę, vnde non attendit ad iudicem, sed ad connitia dicta, dicens. Batrache, me audaci toties sermone lacessis, i. prouocas ad irã. Nõego, s. te lacessio, sed magis. i. potius, lacessit te causa, scilicet tua, non æqua, id est, iniqua, iudicium que iimet sibi mens malà conscia iustum. Multæ, & egregię vbique sunt sententię, quas memorię, commendasse profuerit. Interloquitur

tur Candidus qui director videtur vtrorum-qúe litigantium, quia pro eis iudicem delegit. Quando, ordo eſt, quando tempus ſcilicet eſt. deponere inimicitias, tunc ſcilicet veſtra vecordia, id eſt, peruerſitas cordis, ſuſcitat rurſum nouas lites. Ego indignanter id dicit. Non pudet his vti tanto ſub iudice nugis. Magni facit auctoritatem iudicis, vt ſententiæ ab eo date maius ſit nondus. Ergo, quia, id decentius, & honeſtius eſt, quàm odijs progredi, animis audite æquis, odijſqúe ſepultis, id eſt, ſopitis, & oppreſſis. Vltima, id eſt, vt dicunt, diffinitiua ſententia. Eſt autem hæc: Fer te per antiquos &c. Incedite more maiorum veſtrorum Ro-uocate vagantes per valles id eſt, qui ab errant à Carmelo, qui mons eſt, id eſt, à vera religione in Carmelo inſtituta. Intelligere autẽ potes molliter viuentes. Et per ſaxa, id eſt, dura & aſpera mundanarum curarum, & per luſtra feratum, id eſt, lupanaria, quia meretrices Lupæ, quæ ferę ſunt dicuntur. & luſtra ob id etiam lupanaria. Secluſa autem allegoria remotiore, manifeſtè vult errantes in pernicioſis inſtitutis, & moribus ad rectam reduci religionẽ quæ antiqua eſt: vnde cõcludit. Figite in antiquis iterũ magalia campis. Magalia (vt dixi) & mapalia Pœnorũ lingua ſunt tuguria, & quaſi paſtorales caſæ. Vult ergo præſtare, in anti-

qua

BAPTIST. MANT:

qua viuere paupertate dummodo, sancta maiorum suorum seruent vestigia.

FINIS.

LONDINI
APVD THOMAM
Marsh.

1582.